

JACOBI DE VITERBIO O.E.S.A.
QUAESTIONES DE DIVINIS PRAEDICAMENTIS
QUAESTIO XXVI

Cette question¹ demande s'il y a opposition en Dieu: "Utrum in Deo sit oppositio secundum omnes modos". Rédigée de façon habituelle, elle donne plusieurs arguments démontrant qu'il y a en effet opposition en Dieu. Un argument se dirige contre le *Respondens* qui soutenait qu'en Dieu n'existe qu'une opposition relative tandis que deux autres affirment que tous les modes d'opposition se trouvent en Dieu, ou qu'il n'y a aucune opposition, même pas relative. Par contre deux arguments soutiennent qu'en Dieu existe en effet une opposition relative.

Jacques de Viterbe compose la réponse en trois parties. Il expose d'abord le véritable sens du terme *oppositio*; ensuite il demande quels sont les différents modes d'opposition et quelle est la raison propre de chacun d'eux; finalement il examine si en Dieu il y a opposition et comment.

Le traité se termine par la réfutation ou la résolution des arguments donnés au début.

Le texte figure dans les cinq manuscrits, dans le *ms* 117 de la Bibliothèque de Bordeaux (B) aux feuillets 74^{vo}-78^{vo}, dans le *ms* VII C 4 de la Biblioteca Nazionale de Naples (N) aux ff. 71^{vo}-75^{vo}, dans le *ms* 200b de la Bibliothèque de l'Université de Padoue (P), dans le *ms* 213 de la Biblioteca Angelica à Rome (R) aux ff. 104^{vo}-110b, et dans le *ms* 56 de la Bibliothèque de Toulouse (T) aux ff. 182^b-190^{vo}.

On y trouve les mêmes caractéristiques que dans les questions précédentes². À plusieurs endroits le texte du manuscrit toulousain a noirci

¹ Voir: Jacobi de Viterbio o.e.s.a. Quaestiones de Divinis Praedicamentis. Quaestio XVIII. *Augustiniana* 38 (1988), 67-98; Quaestio XIX. *Ib.* 39 (1989), 154-185; Quaestio XX. *Ib.* 42 (1992), 351-378; Quaestio XXI. *Ib.* 44 (1994), 177-208; Quaestio XXII. *Ib.* 45 (1995), 299-318. Quaestio XXIII. *Ib.* 46 (1996), 147-176; Quaestio XXIV. *Ib.* 46 (1996), 339-369; Quaestio XXV. *Ib.* 48 (1998), 131-163.

² Nous renvoyons aux éditions suivantes: ARISTOTELES et AVERROES, *Aristotelis omnia quae extant opera, selectis translationibus ... illustrata ... Averrois Cordubensis in ea ... Commentarii*. ed. Venetis 1562/74; re-ed. Frankfurt 1963. Vol. I, IV, VIII etc.; *Aristoteles Latinus* (AL) 1961 sqq. I; AUGUSTINUS, *De Civitate Dei*. PL 41; CCL 48; *De Natura Boni*, PL 42; BOETHIUS, *De Interpretatione, Introductio ad Syllogismos. De Trinitate*. PL 64; DIONYSIUS, *De Divinis Nominibus*. PG 3; HUGO A S. VICTORE, *De Sacramentis*. PL 176; JACOBUS DE VITERBO, *De Divinis Praedicamentis. Quaestiones I-X*

et est devenu illisible. Quant à l'orthographe, nous avons mis *idea*, *annihilare*, *chymaera*, *definitio*, *pulchitudo*, *impossibilitas*, *pallidum*, *analogum*, *numquam* etc. où les scribes ont écrit *ydea*, *anihilare*, *cimera*, *diffinitio*, *pulcritudo*, *incomposibilitas*, *palidum*, *anologum*, *nonquam*, *sigillatum* et ainsi de suite.

DE PRAEDICAMENTIS IN DIVINIS QUAESTIO XXVI

Quaestio est: Utrum in Deo sit oppositio secundum omnes modos sui vel species.

1. Et arguebatur quod sic. Nam in Deo multum et paucum, quae opponuntur relative. Duae enim relationes vel notiones sunt paucae
5 respectu quinque vel quatuor, et haec sunt multae respectu illarum. In Deo etiam est unum et multitudo, quae opponuntur privative, scilicet sicut divisibile et indivisibile. In Deo etiam est magnum et parvum, quae sunt contraria secundum Philosophum in Praedicamentis. Nam Deus dicitur magnus, et parvum etiam attribuitur Deo secundum Dionysium; et quia
10 contradictio includitur in omni alia oppositione, videtur etiam quod in ipso Deo sit contradictio, et sic omnes species oppositionum.

2. Praeterea, quia Respondens dicit quod in Deo est oppositio, non secundum omnes modos, sed solum secundum unum, scilicet oppositio relativa, arguebatur multipliciter contra ipsum, et aliqui probant quod
15 aliqua, alii vero quod nulla, sic dicendo etiam ut relativa.

Arguebatur ergo quod in Deo sit oppositio relativa contraria. In

ed. YPMA. Romae 1983. Quaestiones XI-XVII. ed. YPMA. Romae 1986. Quaestiones XVIII-XXV. ed. YPMA. in *Augustiniana* 38 (1988) sqq. [cf. note 1]; JOHANNES DAMASCENUS, De Fide Orthodoxa. PG 94; De Fide Orthodoxa. Versions of Burgundio and Certanius. ed. E.M. BUYTAERT, N.Y./Louvain/Paderborn 1955; Dialectica. PG 94; St John Damascene. Dialectica. Versions by Robert Grosseteste. ed. O.A. COLLIGAN O.F.M., N.Y./Louvain/Paderborn 1953; SIMPLICIUS, Commentaire sur les Catégories d'Aristote. ed. A. PATTIN, 2 vol. Paris/Louvain 1971, Leiden 1975.

1 oppositio *ante* sit BN 2 sui/suis R; sui vel *lect.inc.* T 3 in Deo *add.* est N 4 paucae/pauci N 5 respectu *lect.inc.* T 6 scilicet *om.* BN 9 magnum/magnum BN et parvum *om.* B etiam/et T etiam attribuitur ... alia oppositione *corr.* B1; *om.* B 10 in ipso Deo/ibi R videtur etiam ... species oppositionum *om.* BN 13 solum/etiam BN; tantum R 15 alii/aliqua T dicendo/in Deo T 16 relativa *om.* TP

8. Vol. I pars I 35E; Bekker 5^b; Aristoteles Latinus (AL) I 16,17; 94,95.

9. De Divinis Nominibus, cap. IX (II,III); PG 3,910 B,911 A.

Deo enim est duplex modus processionis, qui dicuntur habere contrarietatem, cum dicuntur habere unum commune genus, quod est processio. Quae autem dividunt e diverso idem, ergo sunt contraria. Haec
20 autem duplex processio est per modum intellectus et voluntatis.

Item, in Deo sunt par et impar, quae sunt contraria. Est enim ibi numerus trinarius, qui est impar, et binarius, qui est par. Unde idem numero ipse gaudet.

Item, in Deo sunt diversae species habitus, ut sapientia, iustitia.
25 Diversae species generis contrariae sunt. Similiter sunt ibi diversae species relationum, quia quaedam sunt ibi numeri modo, et haec plures, ut similitudo et aequalitas, quaedam modo potentiae, ut Pater et Filius; diversae autem species contrariae sunt. Igitur in Deo est contrarietas.

3. Praeterea, contraria dicuntur etiam quae sunt factiva contrariorum,
30 secundum Philosophum V Metaphysicae. Sed in Deo sunt rationes factivae contrariorum, ut idea albi et nigri. Ergo in Deo sunt aliqua contraria, et cetera.

Vel alio modo, quia, sicut diversitas in effectu arguit diversitatem in causa, vel formalem vel virtualem, sic contrarietas contrarietatem.

35 4. Praeterea, quod sit in Deo omnis oppositio, ostenditur sic. Secundum Hugonem, de Sacramentis, omnis pulchritudo, quae est in creaturis per gratiam, est in Deo per naturam. Sed oppositio in creaturis pertinet ad pulchritudinem rerum. Ergo in Deo est oppositio quaelibet.

5. Praeterea, quod sit in Deo contradictio ostenditur. Deus non est
40 nihil, sed est ens.

Item, Deus est non ens, cum secundum Dionysum Deus intelligatur per ablationem omnium, et sic est non ens. Ens autem et non ens sunt contradictoria.

Item, intelligit simul ens aliquid cum ens illud.

45 Item, potest aliquid terminare et annihilare.

6. Praeterea, quod in Deo sit oppositio privativa ostenditur, quia in eo

17 dicuntur habere *lect.inc.* T 19 quae/quod BN e diverso/e converso BN 20 per/secundum BN 21 ibi *om.* BN 23 ipse/ipsi B 25 similiter/sic autem N 26 relationum/relationis N quia quaedam *om.* BN; *add.* relationes T numeri/numerus B modo/modi BN 29 etiam *post* quae sunt BN 30 secundum Philosophum ... factivae contrariorum *om.* B 35 Deo/eo T 39 in Deo *add.* oppositio N Deus *add.* enim BN 41 ens/causa B intelligatur *add.* Deus B 42 autem/enim N 45 annihilare/adnihilare BN; anihilare T 46 Deo/eo T

30. Vol. VIII 262^{no}G; Bekker 1055^a; AL XXV 2,193; XXV 3,205; Vol. VIII 119 AB; Bekker 1018^a; AL XXV 2,97; XXV 3,105 sq.

36. Hugo de S. Victore, De Sacramentis. Lib. I pars I cap. III; PL 176,188 sq.

est distinctum et indistinctum, genitum et ingenitum, quae privative opponuntur.

Item, Deus est nec creatura alicuius rei, qua creatura non est
50 creativus illius, nec potest esse regressus ad hoc ut sit creativus. Ergo in eo est privatio et habitus.

7. Praeterea, ostendebatur quod in ipso nulla sit oppositio. Oppositio enim dicit distantiam, diversitatem, repugnationem. Haec non sunt in Deo in quo sunt unum. Una enim Persona est in alia, et quidquid est in una, est
55 in alia.

8. Praeterea, arguebatur specialiter quod in Deo non sit relatio. Secundum enim Simplicium relativa differunt ab aliis oppositis, quia alia opposita habent diversitatem ex seipsis. Relativa autem ex aliquo alio, scilicet ex fundamento. Sed hoc non potest esse in divinis, ubi est solum
60 una res. Ergo non est ibi oppositio relativa.

1. In contrarium, scilicet quod in Deo sit relatio, ut relativa oppositio, arguebatur quia in Deo est Personarum distinctio, sed non per absoluta, ergo per relationes. Sed solum relationes oppositae habent vim
65 distinguendi. Ergo est ibi oppositio relativa.

2. Praeterea, quod sola oppositio relativa sit ibi, ostenditur ex eo quod omnes aliae imperfectionem videntur importare. Omnis autem imperfectio est a Deo removenda.

70 Responsio. Dicendum quod haec quaestio primo aspectu videtur esse facilis et breviter determinabilis.

Prima facie videtur esse dicendum, sicut a pluribus dicitur, quod oppositio est in Deo, non tamen secundum omnes modos. Est enim ibi oppositio relativa, non autem aliae oppositiones.

75 Si autem volumus diligentius perscrutare, apparebit haec quaestio difficilis, nam, licet in Deo sint relationes, non tamen satis est manifestum an sint ibi secundum rationem oppositionis, quia oppositio, ut patebit, videtur imperfectionem importare. Dicimus enim quod in Deo vere est

49 qua/quae N; quae est B 50 nec potest ... sit creativus *om.* B 52 oppositio *om.* T
54 (quidquid) est *om.* T 56 arguebatur/arguitur N 57 oppositis/suppositis B 63 arguebatur *om.* T 64 ergo *corr.* B1; *om.* B (relationes) oppositae/oppositiones BNT
67 imperfectionem *add.* aliquam T 70 responsio *add.* et BN 72 prima *add.* enim T
esse *om.* T 73 tamen/tantum BN enim/tamen B; tantum N 75 si/sed B autem
om. BN perscrutare/perscrutari BN 77 rationem/relationes BT; rationes NP

relatio, sed tamen non secundum rationem accidentis, eo quod accidens
80 imperfectionem dicit.

Si igitur oppositio dicit imperfectionem, tunc esset dicendum quod, licet sit ibi relatio, non tamen secundum rationem oppositionis.

Si vero oppositio non dicit imperfectionem communiter sumptam, tunc videtur adhuc dubium, quare non sint ibi aliae species oppositionis,
85 sed sola relatio. Unde utrobique dubium habet quaestio.

Ad huius igitur quaestionis dissolutionem aliqualem, sic procedendum est.

I Primo enim videndum est quae est propria ratio oppositionis.

90 II Secundo videndum est de modis oppositionis, quomodo conveniunt et differunt ab invicem; per quod patebit propria ratio uniuscuiusque modi.

III Tertio videndum erit et inquirendum, an oppositio sit in Deo, et quomodo.

95 I Quantum igitur ad primum sciendum quod nomen oppositionis, si consideretur proprie, proprietates significandi imposita est; tamen dicitur de corporibus secundum quod habent positionem vel situm. Dicitur enim oppositio, idest contrapositio; positio autem est corporum secundum quod quanta sunt et dicuntur corpora opposita, idest contrapposita, accipiendo
100 positionem in loco, quorum loca sunt contrapposita.

Unde oppositio convenit corporibus ut ponuntur in loco et in ipsis locis in quibus ponuntur. Illa autem loca dicuntur contrapposita quae ab invicem maxime distant, ut oriens et occidens, auster et septentrio, sursum et deorsum, dextrum et sinistrum, ante et retro. Haec enim dicunt
105 positionis differentias; et quia est inter ea distantia maxime dicuntur opposita, idest contrapposita.

Extensum autem ex hoc est nomen oppositionis ad omnem distantiam, sive in qualitatibus sive in actionibus sive in relationibus, ut illa quae maxime distant dicantur opposita. Et secundum hoc videtur quod
110 ratio oppositionis consistat in hoc quod est distantia vel distare

79 eo/ secundum B 81 si igitur ... imperfectionem *om.* BN esset/esse B; erit *corr.* B1
88 est *om.* B; *add.* quia BN; *add.* in questione R 89 enim *om.* BNT (videndum) est
om. T (quae) est/sit BN propria/prima B 90 oppositionis/oppositis BT 92 erit/est
BN 95 sciendum *add.* est T nomen/natura BN si ante nomen B 96
significandi/significanda T imposita/impositis BN; imponitur T est *om.* BN tamen
add. proprie B dicitur *corr.* B1; *om.* B; de T 97 positionem/compositionem N 98
(autem) est *om.* BN 99 contrapposita/composita BN 100 positionem/compositionem
BN 102 illa/aliam B contrapposita/composita N 107 oppositionis *om.* BN 110 (vel)
distare *om.* B

quomodocumque, sed maxime distare.

Sed ulterius, non quaecumque distantia maxima facit oppositionem, nam substantia et accidens maxime distant, non tamen sunt opposita. Ideo videtur ulterius requiri ad rationem oppositionis convenientia in genere.

115 Sed hic assignant quidam tria esse de ratione oppositionis, scilicet alicuius generis convenientia, ideo substantia et accidens non opponuntur vel linea et albedo, et maxime distantia; unde album et pallidum non opponuntur, quia non maxime distant. Similiter nec duae albedines dicuntur requiri in quolibet oppositionis modo, nam de contrariis
120 manifestum est secundum Philosophum in X.

Item relativa conveniunt in genere et distant maxime secundum relationem.

Item, contradictoria conveniunt in genere, quia negatio et affirmatio sunt in eodem genere; differunt autem et distant maxime secundum
125 contradictionem.

Item, privativa in eodem genere sunt eadem ratione qua et contradictoria, et maxime distant secundum huiusmodi oppositionem.

Sed hoc quod dicitur de generis convenientia videtur esse dubium.

130 Primo, quia negatio et privatio, cum dicant non ens, non sunt in genere.

Secundo, quia in contrariis non requiritur universaliter generis convenientia. Quod patet per Philosophum in V, ubi dicit quod ea quae sunt in genere et differentia uno modo, dicuntur contraria.

135 Item, in Praedicamentis, quod contraria vel sunt in eodem genere, vel in diversis generibus, vel ipsa sunt genera. Ideo non videtur verum universaliter. Sed si debet verificari, oportet quod esse in genere sumatur large, scilicet vel per se vel per reductionem. Sic enim negatio et privatio sunt in genere.

112 maxima/maxime BN 114 requiri/inquiri BN 115 hic/hoc T ratione/genere B
117 (distantia) unde/ideo R; ut BN 119 dicuntur/videntur BN 121 conveniunt in
genere *corr.* T1 *post* maxime; *om.* T 124 autem/tamen BN 126 eadem ratione *om.*
BN 130 negatio et privatio/privatio et negatio BR 132 non *add.* videtur N requi-
ritur *add.* etiam BN 133 dicit/dicitur B 134 (sunt) in *om.* B et differentia ... in
eodem genere *om.* B 135 quod/quia sunt N 138 sic/sicut B

120. X Metaphys. cap. 8. Vol. VIII 260^o LM; Bekker 1055^a; AL XXV 2, 192; XXV 3, 203 sq.

133. V Metaphys. cap X. Vol. VIII 118^o M; Bekker 1018^a; AL XXV 2, 97; XXV 3, 105 sq.

135. Vol. I pars I 54^o KL; Bekker 14a; AL I, 37.

140 Item, quantum ad contraria non est universaliter verum, sed
quantum ad aliqua contraria et secundum aliquem modum; et ideo haec
conditio, scilicet convenientia in genere, non est universaliter et simpliciter
vera; universaliter non propter contraria, simpliciter non propter
contradictoria et privativa, quia negatio non est in genere simpliciter sed
145 secundum quid.

Sed hoc quod dicitur de distantia, non est verum simpliciter.
Distantia enim est diversitas quaedam. Non autem quaecumque diversa
sunt maxime; illa sunt opposita, ut dictum est de diversis praedicamentis.

Et ideo aliter est dicendum quod ad oppositionem tria requiruntur.

150 Primum est diversitas, secundum est impossibilitas, tertium est
universitas. Quae tria sic se habent, quia diversitas est quasi genus
oppositionis. Dico autem quasi, quia non est genus, sed commune, nec
analogum, sicut unum et alia huiusmodi.

Inpossibilitas vero est quasi differentia specifica, et in hoc
155 consistit propria ratio oppositionis.

Unitas vero est passio propria oppositionis.

Unde, si haec tria declarentur, determinata erit perfecte ratio et
natura oppositionis in generali.

1 Prima igitur conditio est diversitas. Oportet enim oppositionem
160 habentia esse diversa. Unde primo considerandum quod recte dicitur
diversitas et non differentia. Differt enim diversitas et differens, quia
differens aliquo modo differt; ideo ea quae differunt, oportet etiam esse
convenientia. Diversum autem non oportet in aliquo convenire. Omne
differens est diversum, non autem e converso; quandoque tamen ponitur
165 inproprie differens pro diverso.

Est autem sciendum quod, cum dicitur aliqua esse diversa quae in
nullo conveniunt, intelligendum est de convenientia generis, nam
convenientia attributionis invenitur in his quae sunt quantumcumque
diversa, ut inter Deum et creaturam.

170 Unde quando conveniunt genere, dicuntur differentia, sed secundum
diversa. Quando autem aliqua conveniunt solum analogia vel attributione,
dicuntur diversa.

142 conditio *lect.inc.* T 144 negatio *add.* et privatio T non est in genere *lect.inc.* T
148 (diversa) sunt/differunt B de/ex T 150 (tertium) est *om.* T 151 (diversitas)
est/enim N 152 commune *add.* sic T 154 impossibilitas/impossibilitas BN;
possibilitas T vero *om.* T in hoc/ea BN; *om.* T 155 ratio oppositionis/rationis N
156 passio *om.* N propria *add.* vel N 158 in generali *om.* B 160 dicitur *om.* N
161 (diversitas) et/est N 162 ideo/quia B etiam *add.* ea BN 164 quandoque tamen
lect.inc. N 168 quae sunt *post* quantumque BN 170 sed secundum ... dicuntur diversa
om. B

Sicut autem dictum est, non semper opposita conveniunt genere, accipiendo oppositionem communissime, licet accipiendo magis coartate
 175 verum sit. Ideo oppositio, sic communiter sumpta, non debet dici differentia sed diversitas, nam oppositio communiter sumpta est plus quam differentia. Omnia enim differentia sunt aliquo modo opposita, quia differentia sunt in eodem genere et contrarietatem habent, vel ratione sui, ut differentiae, vel ratione eorum per quae constituuntur, ut species.

180 Item, vel habent contrarietatem immediate et ratione sui, vel ratione eorum superiorum, ut homo et pirus, et cetera.

Non autem omnia opposita sunt differentia, quia non omnia sunt in eodem genere, communiter sumendo oppositionem. Unde, cum Philosophus dicit in X, "quod contraria sunt in eodem genere", accipit contraria
 185 magis proprie et coartate. Quod patet, quia probat hoc ex transmutatione, et tamen non omnia contraria sunt invicem transmutabilia, ut par et impar.

Item, est considerandum quod diversitas generale est, quia omne aut est idem aut diversum, et bene convenit in definitione oppositionis. Licet enim idem et diversum sint specialiter in substantia, tamen ad omnia
 190 applicantur, ut habent modum substantiae, quia albedo dicitur eadem vel diversa. Et licet distinguatur a dissimili et inaequali, tamen aequae commune, quia omne dissimile est diversum, licet ex alia ratione dicatur dissimile et diversum.

Unde diversitas et multitudo et divisio aequae sunt communia
 195 secundum praedicationem, multitudo et divisio generaliora sunt secundum rationem, quia comprehendunt et dissimile et inaequale, quae sunt species multitudinis.

Sic etiam dicendum de uno et eodem. Unde patet quomodo se habent haec ad invicem et diversitas et differentia.

200 Dico autem multitudo et divisio, vel potest dici quod divisio est idem quod distinctum, nisi forte secundum rationem, quia distinctio tollit

173 opposita/composita T 174 licet/sed BN 175 sit/sic N 176 differentia/dupliciter BN 177 eodem/aliquo BN 181 pirus *lect.inc.* BN 183 communiter sumendo oppositionem/sumendo oppositionem commune B 186 sunt *add.* sibi N; *add.* ad T; *add.* in R 187 generale/generalis BN 188 (idem) aut/et BN 189 idem *om.* B 190 vel *om.* B 191 (dissimili) et/vel BN 192 licet/sed BN 193 dissimile et diversum/diversum et dissimile T 194 Unde *add.* et B multitudo/similitudo B 197 multitudinis/similitudinis BN 199 haec *post* ad invicem BN 200 divisio/omnino B 201 quod *om.* BNTR distinctum *lect.inc.* B; destinationi R

173. voir l. 150 sqq.

184. X *Metaphys.* Vol. VIII 272 CD; Bekker 1058^a; AL XXV 2, 200, 201; XXV 3, 213 sq.

confusionem, et cetera.

Multitudo vel divisio, quia idem sunt, cum ratio multitudinis in
divisione consistat, distinctio autem opponitur confutioni. Unde distinctio
205 habet locum in omnibus praedicamentis, quia possunt aliqua esse multa et
differentia, et tamen non distincta, quia non sunt actu. Actus enim est qui
distinguit, et cetera; tamen solet accipi distinctum pro differenti et diverso,
et cetera.

Item, est sciendum quod diversum potest accipi proprie, et sic
210 solum habet locum in entibus. Non ens enim nec est idem nec diversum.
Unde hoc modo non est commune ad oppositionem, quia contradictio est
inter ens et non ens.

Alio modo dicitur diversum secundum quod omne quod non est
idem dicitur diversum, et sic dicitur de non ente, quia licet non ens non sit
215 proprie diversum, tamen potest dici non ratione; et hoc modo diversitas
sumitur in notificatione oppositionis.

2 Ulterius videndum est de secunda conditione quae requiritur ad
rationem oppositionis, scilicet impossibilitas. Opposita enim quocumque
220 modo oppositionis non se compatiuntur in eodem simul secundum tempus
et secundum rationem; et in hoc consistit propria ratio oppositionis et
convertitur cum oppositione.

Omnia enim quae sic sunt diversa quod non se compatiuntur in
eodem secundum idem, sunt opposita aliquo genere oppositionis, et e
225 converso omnia opposita quocumque genere oppositionis hoc habent quod
non se compatiuntur in eodem supposito secundum idem et respectu
eiusdem.

Licet enim idem sit pater et filius, non tamen respectu eiusdem, et
licet idem sit albus et niger, non tamen secundum eandem partem. Et sic
230 patet quod, licet omnis oppositio sit diversitas, non tamen e converso.

Aliqua enim sunt diversa quae se compatiuntur in eodem, ut
substantia et accidens, et Deus et creatura in eodem supposito. Unde
supposita numquam coniunguntur ad constitutionem unius Personae.

235 Sed hoc quod dictum est videtur habere dubium, scilicet quod
opposita sunt quae se non compatiuntur in eodem, et e converso quae se

203 vel/aut B 204 autem *om.* N 206 (tamen) non *add.* sunt BN 214 idem dicitur
corr. B1; *om.* B dicitur/est R et sic *om.* BN; hoc modo R licet *post* non ens BN
non/ut B 215 hoc modo/haec B 220 tempus *add.* sed B; *add.* et R 223 quod/quae
B se *om.* N 228 et filium non tamen/omnino cum BN 229 albus/albus BN ni-
ger/nigrum BN (niger) non *om.* BN 232 creatura/natura BN

non compatiuntur sunt opposita, nam duae albedines non se compatiuntur in eodem subiecto, nec tamen sunt opposita.

Item, album et pallidum non se compatiuntur, nec tamen sunt
240 opposita.

Item, color et sapor sunt contraria, cum sint diversae species eiusdem generis, et similiter scientia et virtus et diversae scientiae et diversae virtutes quae sunt in eadem anima, immo in eadem potentia.

Et dicendum ad primum, quod duplici albedine quae se non
245 compatiuntur, hoc non est ex diversitate formae, sed est ex unitate subiecti, quia ex quo est unum subiectum, non potest informari pluribus formis eiusdem rationis, quia eadem est perfectio illarum. Repugnantia ergo non est ex parte albedinum. Opposita autem non se compatiuntur ratione
250 ipsorum quae opposita dicuntur, quia secundum se repugnantiam habent.

Vel melius dicendum quod aliqua non se compatiuntur, hoc est vel propter illorum ad invicem repugnantiam, et sic opposita non se compatiuntur, vel hoc est propter illud in quo illa nata sunt suscipi, quia non aliter perficeretur per unum quam per aliud. Ideo frustra essent in illo.
255 In rerum autem natura nihil est frustra.

Vel dicendum quod hoc propter multam convenientiam, quia sunt idem ratione subiecti et eodem modo subiectum perficerent; opposita autem non sunt in eodem propter eorum repugnantiam.

Ad aliud autem quod dicitur de albo et pallido, dicendum quod,
260 licet non sint contraria simpliciter et perfecte, sunt tamen contraria aliquo modo et imperfecte. Quod patet, quia transmutatio est ex mediis, non solum ex extremis; termini autem transmutationis sunt contrarii. Unde et Philosophus ait, in V Physicorum, quod medium, comparatum ad utrumque
265 extremum, utrumque est. Et sic secundum quod aliquo modo habet rationem alterius extremi, dicitur contrarium aliquo modo.

Ad illud vero quod dicitur de diversis speciebus qualitatis

237 sunt/sicut BN 241 item color et ... in eadem potentia *om.* BN 247 (subiectum) non *om.* B 248 perfectio *add.* respectu B 249 autem/enim T ratione/respectu BN 253 illa/aliam B 254 perficeretur/perficerentur RT (per) aliud/aliam BN 255 In *om.* B rerum autem natura/natura autem rerum BIN rerum autem natura ... propter multitudinem *corr.* B1; *om.* B 256 Vel/et B1 quod *add.* propter B1 258 non/si B 261 simpliciter/similiter T 262 Quod/et BN quod patet *om.* B; *corr.* B1 263 extremis/terminis BN transmutationis/transmutationum B et *om.* BN 264 (ait) in *om.* BN Physicorum/Topicorum B

existentibus in eodem subiecto, dicendum quod non sunt idem. Nam non
est idem primum subiectum coloris et saporis et odoris, licet subiectum
270 remotum sit idem; et ideo sunt in eodem, licet non secundum idem.

De habitibus animae breviter dicendum quod, vel sunt in eadem
anima secundum diversas potentias, vel, si sunt in eadem potentia, hoc non
est secundum idem, non quia potentia habeat in se partium diversitatem.
Sed dico non secundum idem, idest non respectu eiusdem obiecti, quia
275 habitus est relativum; respicit enim obiectum.

Unde diversitas obiectorum facit quod possint esse in una potentia,
tamen intelligendum est de diversitate obiecti formalis. Sic in relativis
idem est pater et filius respectu diversorum; sic in contrariis, quorum ratio
sumitur ex aliquo extremiori, possunt contraria esse in eodem ut ad diversa
280 comparantur.

Et sic patet de secunda conditione oppositionis.

3 Ulterius est videndum de tertia conditione quae est sicut proprietas
quaedam oppositionis.

285 Haec autem conditio est unitas, idest quod unum uni opponatur.
Haec enim proprietas consequitur omnem oppositionem et omnem speciem
oppositionis, sed tamen differenter. Unum enim dicitur, vel ratione
singularitatis quod est numero unum, vel ratione conformitatis vel
attributionis quod est specie vel genere unum.

290 In oppositione igitur contradictoria unum uni opponitur ratione
singularitatis. Licet enim Socrates et Plato sint unum conformitate, non
tamen ei propositioni quae dicit "Socrates currit" opponitur contradictorie
"Plato non currit", sed solum haec "Socrates non currit".

Unde contradictio requirit identitatem numeralem, quia est eiusdem,
295 non nominis tantum, sed rei et nominis non synonymi, sed eiusdem
nominis ad idem secundum idem; similiter et in eodem tempore.

In aliis autem oppositionibus sufficit unitas conformitatis; quod in
contrariis evidentius patet. Nam omne album omni nigro est oppositum,
non solum album in aliquo subiecto opponitur nigro, quod est ibi possibile

268 eodem/aliquo BN nam non/non enim BN 269 primum/principium T; proprium R
coloris/corporis B licet *add.* idem B 271 (quod) vel/licet T 275 (habitus) est/et BN
277 (intelligendum) est/sit BN 279 extremiori *lect. inc.* BN 283 conditione/
oppositione N ulterius est ... quaedam oppositionis *om.* B 286 consequitur/sequitur T
omnem oppositionem/omnia opposita T 292 ei propositioni/ex propositione NT (Pla-
to) non *om.* BN haec/hoc NT 294 identitatem/unitatem BN; *lect. inc.* T 295 non
synonymi sed eiusdem nominis *om.* BN 296 (ad) idem *add.* et B 298 patet/apparet BN
nam omne *om.* BN omni/enim BN 299 ibi possibile/ impossibile BN

esse in eodem subiecto, immo etiam nigro existenti in alio subiecto actu; et hoc ratione conformitatis utriusque nigri, propter quam accipiuntur ut unum.

Et quod quidem dicunt quod non, dicendum quod hoc verum est, accipiendo contraria ut sunt termini transmutationum; sic enim solum sunt circa idem numero.

Sed accipiendo solum secundum rationem contrarietatis, sufficit unitas conformitatis. Quod patet per Philosophum, in Praedicamentis, quod "palam est quod circa idem subiectum vel specie vel genere nata sunt fieri contraria circa idem" genere, ut aegritudo et sanitas in corpore animalis, et albedo et nigredo in corpore.

Similiter circa idem specie, ut iustitia et iniustitia in anima, vel specie, ut sanitas et aegritudo in animali, et est species subalterna.

Non autem dixit de numero, quia hoc est manifestum, ut Damascenus dicit in Logica. Idem enim corpus contrariorum esse susceptibile convenit secundum sui ipsius transmutationem.

Similiter potest dici quod quandoque sufficit unitas attributionis in contrariis, scilicet quando contraria non sunt in eodem genere, ut, secundum Augustinum, Deo contrariatur malum creaturae, hoc est in quantum Deus est bonus. Bonitas autem Dei et creaturae non est in eodem genere, sed est analogum ad Deum et creaturas.

Hoc idem patet de privatione, scilicet quod sufficit unitas conformitatis. Unde omnis visio omni caecitati opponitur ratione conformitatis, tamen, si consideretur ut est ibi transmutatio, sic circa idem numero similiter oppositio relativa. Sic autem omnis paternitas omni filiationi opponitur relative ratione conformitatis, licet magis proprie si sit eiusdem numero.

Sed circa illam proprietatem oppositionis dubitatur. Videtur enim quod uni opponantur plura, ut virtuti morali duo vicia, ut liberalitati prodigalitas et avaritia.

300 alio/aliquo B 303 (dicendum quod) hoc om. BN 304 (ut) sunt om. B 306 sufficit *lect. inc.* T 309 contraria *post* circa idem BN (animalis) et/ut B 310 in corpore *add.* et B 315 susceptibile *ante* contrariorum BN 318 ut/unde B 320 et *add.* ad B 321 patet *post* de privatione BN 322 caecitati/cocitati N 324 omnis om. N 325 relative/relatione BN si sit om. N 327 proprietatem *lect. inc.* B 328 opponantur/opponuntur N; opponatur T

307. Vol. I pars I 54 JK; Bekker 14^a; AL I 37, 113.

314. Dialectica cap. LVII; PG 94, 646A; cap. 41 ed. Colligan, p. 41.

318. De Natura Boni cap. XIX (19); PL 42, 557.

330 Ad hoc autem concedunt quidam quod dicta proprietas exceptionem recipit in moralibus, ut patet in dicto exemplo. Sed videtur etiam quod in aliis sit instantia. Aequale enim opponitur magno et parvo, et multa opponitur uni et paucis, ut patet per Philosophum in X.

Et ideo est aliter dicendum quod sine exceptione illa verum est
335 quod unum opponitur uni secundum unum modum oppositionis. Idem opponitur pluribus et in eodem genere oppositionis; idem secundum diversas rationes opponitur pluribus, vel idem opponitur pluribus, ut illa plura habent unam rationem; quod patet in exemplis inductis. Multum enim opponitur uni et paucis, sed non eodem modo oppositionis. Opponitur
340 enim uni sicut habitus privationi, scilicet ut indivisibile divisibili; paucis enim opponitur relative, nec etiam eodem modo accipitur multum utrobique. Multum enim absolute sumptum opponitur uni; ut autem dicit multitudinem excedentem opponitur paucis.

Similiter de aequali dicendum quod magnum et paucum opponuntur
345 aequali, non ut plura sunt, sed ut conveniunt in una ratione, scilicet excessus, scilicet quia magnum excedit, parvum exceditur. Aequale autem nec excedit nec exceditur.

Vel aliter dicendum quod aequale est medium magni et parvi, sumptum per privationem utriusque, quia aequale est quod neque est
350 magnum neque parvum. In quantum ergo est medium, non opponitur eis. Medium enim secundum quod medium non opponitur extremis, sed opponitur utrique in quantum habet rationem utriusque, quia medium comparatum ad utrumque est aequale, respectu parvi est magnum et respectu magni est parvum.

355 Vel aliter, quia aequale, ut est medium, non opponitur eis, sed ut negat utrumque; et sic accipitur, ut supra dictum est, extremum.

Sic etiam pallidum non est contrarium albo et nigro secundum comparisonem, quia, ut comparatur ad utrumque, utrumque est; in quantum vero medium non.

332 instantia/distantia BN; *lect. inc.* T 333 opponitur/opposita B 335 (secundum) unum *om.* BN oppositionis *lect. inc.* N idem /unum B; item R 336 opponitur/opponuntur T (oppositionis;) idem *add.* etiam B 338 (rationem) quod/ut BN; *om.* R 340 divisibili/indivisibili BN 345 (ut) plura/prima BN 346 magnum *lect. inc.* T 347 (autem) nec/non N 353 (est) aequale *add.* et T (parvi) est *om.* T parvi est magnum et respectu magni/et magnum BN 357 secundum comparisonem *om.* R

333. X Metaphys. Vol. VIII 264 EF, 265 K; Bekker 1055^b; AL XXV 2, 194, 195; XXV 3, 206 sq.

356. voir l. 324 sqq.; voir l. 229 sqq.

360 Quod autem dicitur de virtutibus, dicendum est quod in quantum
medium est, non opponitur duobus extremis, sed in quantum habet
rationem boni, extrema vero ambo rationem mali. Et sic extremum unum
non secundum eandem rationem opponitur alteri extremo et virtuti
secundum rationem boni et mali, extremo autem sicut malum malo.

365 Ex dictis igitur patet, quid est oppositio secundum propriam
rationem; quare est diversitas quaedam eorum quae in eodem secundum
idem esse non possunt; cuius proprietas est quod unum uni tantum sit
oppositum.

Diversitas ergo communius est oppositione. Quod patet, quia aliqua
370 sunt diversa, quae in eodem possunt esse, ut linea et albedo. Opposita
autem non possunt simul esse in eodem secundum idem, et alia diversa
quae sunt in eodem esse non possunt, solent dici disparata. Haec autem
sunt quae sunt diversis generibus; quae enim sunt in eodem genere
necessario sunt opposita, ut supra dictum est.

375 Item, aliquid potest esse diversum a pluribus, ut linea ab albedine et
scientia. Unum tamen tantum uni opponitur.

Sciendum tamen quod, ut dictum est, illa quae sunt in eodem
genere semper sunt opposita. Quae autem sunt diversis generibus, aliqua
sunt opposita, aliqua non, sed tantum diversa. Nam quae in eodem
380 secundum idem esse possunt, non sunt opposita, ut linea et albedo. Quae
autem in eodem secundum idem esse non possunt, dicuntur opposita, puta
linea et scientia, et similiter gravitas et motus localis.

Sed tunc est dubium. Quia quae sunt contraria, unum potest
385 contrariari multis, ut lineae opponitur scientia et virtus, quia neutrum cum
illa esse potest.

Et dicendum quod in talibus, si unum opponitur pluribus, hoc est
ratione convenientiae alicuius quae est in illis pluribus, propter quam
convenientiam accipiuntur ut unum, ut virtus et scientia, et haec
390 conveniunt, quia sunt in subiecto incorporeo. Et secundum hoc opponuntur

360 virtutibus *add.* similiter P (dicendum) est *om.* BN 363 eandem/unam N virtuti
add. et B 364 malum *om.* B 365 (quid) est/enim T 366 quaedam/quae de BN
367 (proprietas) est *om.* B tantum *om.* N 370 possunt esse ... sunt in eodem *om.* BNT
375 aliquid *om.* BN diversum/diversitas B 381 puta/ut N 386 potest/possunt T
387 quod *add.* si T opponitur/convenit B 389 (accipiuntur) ut/et B 390
incorporeo/corporeo B

374. voir l. 113 sqq.

377. voir l. 135 sqq.; voir l. 192 sqq.

lineae, quae non potest esse nisi in corpore.

Sic igitur patet de primo principali, scilicet de ratione oppositionis in quibus consistit, et cetera.

395 II Nunc secundo videndum est de modis oppositionis, et eorum convenientia et differentia.

Modi autem oppositionis satis noti sunt. Distinguit enim Philosophus, in Praedicamentis et in V, quatuor modos, scilicet contradictionem, privationem, contrarietatem et relationem; quae quidem
400 quatuor dicuntur species oppositionis, sed magis debent dici modi oppositionis, quia oppositio non est sicut genus ad haec, sed est commune analogum, et etiam ratio oppositionis assignata est analoga. Alius enim modus vel ratio diversitatis est in alia et alia oppositione. Analogum autem dicitur diversis modis, secundum prius et posterius et secundum
405 attributionem unius ad alterum.

1. Primus autem modus oppositionis est contradictio, ut Philosophus dicit in X, post contradictionem principalior et prior est privatio, quia, ut dicit Philosophus, "privatio est contradictio quaedam", et praecedit contrarietatem, quia, sicut omnis privatio est quaedam contradictio, et non
410 econverso, sic omnis contrarietas est quaedam privatio, et non econverso.

Unde et contrarietas privatio dicitur, non tamen ut dicit Philosophus in X. Dicitur autem contrarietas privatio, vel, quia in uno contrariorum clauditur, privatio alterius, secundum quem modum utrumque contrariorum indifferenter est privatio respectu alterius, vel quia semper unum
415 contrariorum habet se ut privatio respectu alterius, scilicet illud quod est imperfectius et vilius, ut frigidum respectu calidi; et sic de aliis. Et utrumque modum innuit Philosophus in X; eo autem loco est contrarietas.

Ultimo autem est relatio, quia minimum habet de ratione

395 Nunc/Item N 398 modos *add.* oppositionis BN 399 contrarietatem *ante* privationem BN 400 sed magis ... oppositionis *om.* B 402 etiam *add.* ratione N 404 (modis) secundum *add.* quod B 407 in X/in IV B 409 omnis *corr.* B1; *om.* B; *lect. inc.* N 412 vel quia ... respectu alterius *om.* BN 415 habet se/habent T

398. Vol. I pars I, 52^{vo} GH; Bekker 11^b; AL I 30, 31.

398. V Metaphys. Vol. VIII 118^{vo} M, 119 ABC; Bekker 1018^a; AL XXV 2, 97; XXV 3, 105, 106.

406. X Metaphys. Vol. VIII 262^{vo} HJ; Bekker 1055^{ab}; AL XXV 2, 193; XXV 3, 205.

417. Vol. VIII 262^{vo} GHJ; Bekker 1055^{ab}; AL XXV 2, 199 sq.; XXV 3, 205 sq.

Vol. VIII 272 A; Bekker 1057 AL XXV 2, 200; XXV 3, 213 sq.

Vol. VIII 275^{vo} JK; Bekker 1058^b; AL XXV 2, 202, 203; XXV 3, 216 sq.

oppositionis, in tantum ut non videatur oppositio.

420 Quomodo autem haec sic se habeant per ordinem patebit magis in assignando differentias earum; de quibus consequenter videndum, scilicet de convenientia earum et de differentia.

425 Circa quod sciendum quod per ea quae dicta sunt de ratione oppositionis, patet de convenientia omnium earum ad invicem, idest quod est illud in quo omnes conveniunt.

Sed nunc videndum de convenientia aliquarum specialiter inter se, et de differentia ipsarum. Et primo de contradictione, quia prima est, videndum est.

430 De qua sciendum est quod contradictio habet duas condiciones per quas differt ab omnibus aliis, aliquas vero per quas differt a contrarietate et relatione et convenit cum privatione, aliquas vero per quas differt a privatione etiam specialiter.

Differt siquidem contradictio ab omnibus aliis.

435 Primo quidem, quia contradictio est oppositio secundum rationem, aliae vero sunt oppositiones secundum rem. Nam contradictio est affirmatio et negatio opponentiae, et sic utraque pars contradictionis est enuntiatio, sic per intellectum componentem et dividentem. Et ideo aliae operationes sunt sine opere rationis. Contradictio autem non est sine opere intellectus.

440 Sed circa istam contradictionem oritur duplex dubitatio.

Prima est, quia etiam contrarietas videtur esse secundum rationem. Dicuntur enim aliquae propositiones contrariae, aliquae contradictoriae, ut pater per Philosophum in Perihermeneias.

445 Ad hoc dicendum, licet sit dubitatio logicalis quod ubicumque est oppositio affirmationis et negationis in propositionibus, ibi est contradictio. Sed quia vera lex contradictionis hoc est quia si una est vera, reliqua est falsa, et e converso, ita quod numquam simul verae vel simul falsae esse

419 (in tantum) ut/quod BN 420 magis *post* assignando B 421 earum/earundem B
de quibus *lect. inc.* T 422 convenientia *lect. inc.* T 424 earum/eorum B 426
nunc/tunc BN aliquarum/aliqua^liter B 427 ipsarum/earum T quia/quae P 428
(videndum) est *om.* B; videndum est *om.* P 433 contradictio *corr.* N1; *om.* N 434
contradictio est oppositio/oppositio est contradictio T 436 pars *corr.* B1; *om.* B 437
Et ideo/sic B 441 circa/contra B 443 ut patet per/secundum B 444 in *add.* libro N
445 dicendum *add.* quod B 447 (est) vera/falsa N 448 falsa/vera N

non possunt, ideo, si aliquae propositiones inveniantur oppositionem
 450 habere, quarum una sit affirmativa, alia negativa, et possunt simul esse
 falsae vel simul verae, illae deficiunt ab oppositione contradictoria, et
 dicuntur esse contrariae secundum similitudinem quamdam ad
 oppositionem contrariam; verbi gratia, omnis homo est albus, omnis homo
 non est albus falsae sunt simul, licet non secundum totum.

455 Sed haec "omnis homo est albus" falsa est pro non albo. Unde in
 hoc deficiunt a contradictione, quod non possunt simul esse falsae; sed
 aliquid retinent de natura contradictionis, quia nunquam possunt esse simul
 verae et in aliqua materia, ut naturali et remota, nec simul verae nec simul
 falsae. Ideo in hoc, in quo deficiunt a contradictione, non dicuntur
 460 contradictoriae, secundum quid tamen, quia non possunt esse simul verae;
 tamen quando sunt simul falsae, non secundum totum sunt simul falsae, et
 ita aliquid est ibi de contradictione; tamen propter similitudinem quamdam
 ad oppositionem contrariam quae est in re, dicuntur huiusmodi
 propositiones contrariae.

465 Similitudo autem in hoc consideratur. Contraria enim quaecumque,
 sive immediata sive mediata, numquam simul in eodem esse possunt.
 Aliqua tamen contraria sunt quorum utrumque potest non inesse subiecto,
 ut patet in contrariis mediatis, quia corpus aliquod potest esse neque album
 neque nigrum, quia erit pallidum, licet contraria immediata necessarium sit
 470 alterum eorum inesse susceptibili.

Similiter propositiones dicuntur esse contrariae quae possunt esse
 simul falsae quasi contrariae mediata, quorum neutrum alium inest;
 numquam tamen simul verae, quia nulla contraria simul insunt subiecto. Et
 hanc similitudinem assignat Boetius in tractatu de introductionibus in
 475 Syllogismis.

Alia dubitatio, quae oritur circa conditionem praedictam
 contradictionis, est quia, cum res sit prior eo quam secundum rationem,
 videtur secundum hoc contradictio, quae est oppositio secundum rationem

450 alia/altera B esse *add.* non N 451 falsae/verae N verae/falsae N 455 albo
add. haec autem omnis homo non est alius, falsa est pro albo B 458 (verae) et *om.* N
 verae nec simul *om.* N 459 (in hoc) in quo *om.* N 460 quid tamen/cum B 462
 aliquid/quid T aliquid est ibi/est ibi aliquid B 463 oppositionem/oppositam B 466
 (immediata) sive *corr.* B1; *om.* B immediata sive mediata/mediata sive immediata B
 468 ut patet ... insunt subiecto *om.* R 469 licet/vel B 470 susceptibili/susceptibile B
 474 similitudinem *corr.* B1; *om.* B 475 Syllogismis *lect. inc.* BN

474. Introductio ad Syllogismos Categoricalos PL 64, 771 B; 775 A.

De Interpretatione I. PL 64, 323 C sq.; De Interpretatione II. PL 64, 476 D sq.

480 esse posterior aliis, quae sunt secundum rem.

Ad hoc autem dicendum quod, licet formaliter et comprehensive
 contradictio sit in ratione originaliter tamen est etiam in se, quia
 affirmationi et negationi subiacet res. Unde et illa, quae subiacet
 affirmationi et negationi, etiam contradictorie opponi dicuntur in quantum
 485 sunt origo affirmationis et negationis.

Si enim dico "Sortes sedet, Sortes non sedet", sessio et non sessio
 etiam est extra animam, et opponuntur contradictorie quia ex eis accipit
 intellectus contradictionem.

Quod autem sic sit, patet per Philosophum, in Praedicamentis, ubi
 490 dicit de privatione quod "privatum esse et habere habitum, non est idem
 quod privatio et habitus. Habitus enim est visus, privatio autem est
 caecitas. Habere autem visum non est visus, neque caecum esse caecitas".

Et licet haec non sint idem, scilicet privatum esse et habere habitum
 cum privatione et habitu, tamen dicit quod eodem modo oppositionis
 495 opponuntur sicut privatio et habitus. Et inducit ad hoc exemplum de
 affirmatione et negatione, sic dicens "non est autem <neque hoc> quod sub
 affirmatione et negatione", idest res significata per affirmationem et
 negationem, "affirmatio et negatio. Affirmatio quidem enim est oratio
 affirmativa, negatio autem oratio negativa.

500 Eorum autem quae sub affirmatione et negatione, nullum est oratio;
 dicuntur autem et haec opponi ad invicem ut affirmatio et negatio, etenim
 in his modus oppositionis idem". "Ut enim affirmatio ad negationem
 opponitur, velut sedet huic non sedet, ita et quae sub utroque res
 opponuntur, scilicet sedisse et non sedisse".

505 Dicitur enim negatio res, non quia ipse sit res, sed quia aliquid
 realiter negatur, et non solum secundum rationem apprehendentem.

Secundum hoc ergo dicendum quod contradictio, ut aliquid est
 secundum rationem, posterior aliis est secundum hanc considerationem;
 ratione vero rei subiectae praecedat alias.

481 hoc *add.* hoc T autem *om.* B et comprehensive/ex comprehensione B 482
 etiam/et BT 484 contradictorie/contradictione B 490 dicit *add.* quod B privatum
lect. inc. B et/est N 491 autem *om.* B 492 (visus) neque/nec B 493 habitum/
 visum N 494 tamen dicit/cum dicat B 495 inducit *corr.* B1; adducit B 499 autem
om. B 500 quae *add.* sunt BP nullum/ nulla B 501 ad *om.* BNT invicem *lect.*
inc. BNT 503 velut/vel ut BR res *ante* sub utroque B 504 et non sedisse *om.* B
 505 aliquid *om.* N 508 posterior *add.* autem N est *ante* aliis B; *om.* N

510 Unde in X Metaphysicae dicitur contradictio est prima oppositio, in
Praedicamentis vero postponit eam omnibus aliis, ultimo determinans de
ipsa; cuius rationem assignat Simplicius, dicens quod alia opposita
praesupponit contradictioni, quia illa sunt secundum rem, contradictio
autem solum secundum rationem.

515 Ordinem vero aliarum trium sic ponit. Primo enim agit de relatione,
ut de eo quod minimum habet de ratione oppositionis, ut patebit; post de
contrarietate ante privationem, quia utrumque contrariorum est res aliqua,
non sic in privatione. Sed ordo qui supra dictus fuit, est secundum
rationem oppositionis.

520 Et sic patet de prima conditione contradictionis, per quam differt a
ceteris.

2 Secunda vero conditio est quod contradictionis nullum est medium,
sicut patet ex I Posteriorum et ex X Metaphysicae. Alia vero opposita
525 habent medium, licet non universaliter.

De contrariis enim patet quod quaedam sunt mediata, sive sit
medium nomine sive non nominatur, sed per abnegationem sumptum, ut
hoc in praedicamentis.

Similiter privativa medium habent, ut dicit Philosophus in X, in
530 quo assignat differentiam eius a contradictione. Habet enim medium per
abnegationem. Unde dicit quod omne quod est, est aequale vel non
aequale, quia haec sunt contradictoria.

Non autem omne est aequale vel inaequale quae sunt privativa, sed
solum quod natum est suscipere hoc, sicut omne quod est, vel est videns
535 vel non videns. Non autem omne quod est, vel est videns vel caecus, immo
est aliquid quod nec est videns neque caecum. Et hoc verum est de

510 dicitur/dicit quod NB 511 vero/autem N 512 alia opposita/illa oppositio B
513 praesupponit/praeposuit N 515 vero/autem N; *om.* T 516 de ratione oppositionis
om. B patebit/patet N 518 non/nec B 520 per quam differt ... quod contradictionis
om. B 523 *Secunda lect. inc.* T 524 (patet) ex *om.* B (et) ex *om.* BR 533 omne
add. quod BN est *om.* B 534 sicut/sed est T 535 (quod) est *om.* T 536 (immo)
est *om.* T (quod) nec/non N neque/nec P

510. Vol. VIII 118^{vo} LM; Bekker 1018^a; AL XXV 2, 97; XXV 3, 216 sq.

Vol. VIII 262^{vo} GHJ; Bekker 1055^b; AL XXV 2, 193; XXV 3, 205 sq.

511. Vol. I pars I 52^{vo} sqq.; Bekker 11^b sqq.; AL I, 108 sqq.; 69 sqq.

512. ed. Pattin II 516, 517.

524. Vol. I pars II 37^{vo} D; Bekker 72^a; AL IV, 287.

524. X Metaphys. Vol. VIII 262 HJ; Bekker 1055^b; AL XXV 2, 193; XXV 3, 205.

529. X Metaphys. Vol. VIII 262 J; Bekker 1055^b; AL XXV 2, 193; XXV 3, 205.

privatione proprie sumpta ut negatio in subiecto apto nato.

Relatio etiam medium habet, ut quidam dicunt. Licet enim Aristoteles non dixerit hoc, tamen non negat expresse. Architas enim hoc
540 ponit, scilicet quod relative oppositorum sit medium et ut dominantis et servi quod liberum, et magni et parvi quod aequale. Sic ergo patet de duabus conditionibus contradictionis, secundum quas differt a ceteris.

Est autem una conditio eius secundum quam differt a contrarietate et relatione tantum, et secundum quam convenit cum privatione. Hoc
545 autem est quia una pars contradictionis est non ens, et similiter privationis. Contrarietatis autem et relationis utraque pars est ens.

Est etiam una conditio secundum quam contradictio differt a privatione, quia privatio ponit subiectum. Est enim negatio in subiecto, sive apto sive non apto, tamen magis proprie dicitur privatio si sit aptum.
550 Negatio autem non ponit necessario subiectum. Unde non videns potest dici et de chimera et de lapide et de oculo.

Privatio autem, ut dictum est, ponit subiectum; et hoc dicit Philosophus in V Metaphysicae.

Sic ergo quatuor sunt conditiones contradictionis, et secundum duas
555 differt ab omnibus aliis, et secundum unam differt a privatione.

De privatione autem dicendum quod convenit cum contrarietate et relatione per habere medium et esse secundum rem, in quibus duobus contradictio differt ab omnibus aliis; differt ab eis ambobus, quia altera pars privative oppositorum est non-ens.

560 In illis autem utraque pars est ens, cum contrarietate non specialiter convenit, quia utriusque oppositionis extrema sunt extremorum vel termini transmutationis et motus. Quod saltem de aliquibus contrariis et aliquibus

537 proprie *add.* est N ut *add.* est N 538 etiam/autem N enim/autem N 539 (Architas) enim/autem N 540 (medium) et *om.* NR et servi *om.* B 541 quod/secundum B; et N 542 conditionibus contradictionis/contradictionibus BT; contradictionis *om.* N 543 (est) autem/enim N secundum quam/quod B contrarietate/contradictione B 544 convenit *ante* secundum quam T 547 est etiam/etenim N; *lect. inc.* T; *om.* R quam *add.* una B 548 (Est) enim *add.* una B negatio/privatio P 549 tamen/sive B si *om.* B 550 potest *add.* etiam B 553 (Philosophus) in *om.* BT 554 sic/si B 555 (aliis) et *om.* N unam/aliam B 557 per habere *om.* N; habere *lect. inc.* T 558 differt *add.* autem N 560 non/vero B 561 quia/quod N utriusque/utrique B (extrema) sunt *om.* N 562 quod/quia BT (contrariis) et/ab BT 563 quod/et B

539. Simplicius in Praedicamentis; ed. Pattin II 523.

553. V Metaphys. Vol. VIII 134 ABC; Bekker 1022^b; AL XXV 2, 108, 109; XXV 3, 117 sq.

privativis est verum, licet non universaliter de omnibus; quod etiam contradictioni convenit ut accipitur in rebus, non autem ut in rationibus.

565 In hoc autem differt a relativis quae non sunt termini transmutationis, cum simul sint, ut dicitur.

Differt autem privatio a contrarietate, quia in contrariis, in quibus est transmutatio, est regressus. In privatione autem non est regressus. Sed hoc non est verum de omnibus privationibus, sed de aliquibus; quae autem
570 sint illae nihil ad praesens. Require in Simplicio.

Cum contrarietate vero convenit privatio, quia utraque una extremitas est non-ens. Differt autem ab ea quia requirit subiectum; et hoc patet ex dictis.

Sic de contrarietate vero dicendum, quod convenit cum relatione,
575 quia utriusque extrema dicunt esse, et in hoc differt utraque a privatione et habitu, et quia habet medium et quia est realis; in quo differunt a contradictione et conveniunt cum privatione. Quomodo autem convenit cum privatione et quomodo differt ab ea, iam patet per dicta. Similiter quomodo differt a contradictione.

580 De relatione vero dicendum quod aliquas condiciones, per quas ab omnibus aliis differt, habet, et potest dici quod haec sunt tres.

1. Prima est quia relatio est oppositio positiva, non autem peremptiva neque oppugnativa. Aliae vero non sunt positivae, sed peremptivae et oppugnativae.

585 Contradictio siquidem oppugnativa, quia non-esse repugnat esse, et e converso, sunt etiam peremptiva et remotiva, quia unum removet aliud, quia uno existente aliud non est. Et sic non sunt positivae, quia non coexistunt.

Similiter privatio et contrarietas et oppugnationem habent et
590 remotionem, quia unum oppugnat alteri et removet alterum; non autem sunt positivae, quia non coexistunt.

Et si dicatur quod coexistunt, quia album in pariete et nigrum in

563 quod/et B 564 (convenit) ut/neque B; non N; nec T (autem) ut *om.* B; non P
566 cum *ante* differt B dicitur *om.* R 567 autem/cum *ante* Differt B 568 (privatio-
ne) autem/enim B (non) est *om.* T 571 contrarietate/contradictione N; contrarietas
T utraque/utriusque R una/unitas T 572 extremitas/pars R differt/differunt B
requirit/requiritus T 574 Sic de *lect. inc.* B; quod de T; Sic *om.* P 575 esse/ens N
576 (habitu) et *om.* B 580 quod *add.* licet T 581 differt *lect. inc.* T; *ante* ab omnibus
aliis B habet *ante* per quas ab B haec sunt tres/habet tria B 582 quia/quod B
positiva/privativa B 585 oppugnativa *add.* est B 586 remotiva/remotiva N 587
aliud *post* non est BT 589 (contrarietas) et *om.* B

oculo sunt contraria, quia dictum est quod sufficit unitas conformitatis in privatione et contrarietate, dicendum quod per se loquendo non coexistunt, 595 sed unum removet aliud, quia habent fieri circa idem numero. Si autem coexistunt, hoc est secundario.

Relatio autem non est peremptiva vel remotiva, quia unum non perimit aliud vel removet, neque oppugnat alii sed coexistunt; ideo est positiva.

600

Sed hic est dubitatio, quia non videtur verum quod relatio non sit remotiva vel peremptiva, quia hoc est commune omnium oppositorum quod circa idem esse non possunt; et sic unum oppositorum removet aliud.

Item, relativa se perimunt invicem; ideo secundum Philosophum, in 605 Praedicamentis, relativa posita se ponunt et interempta se interimunt.

Ad hoc autem dicendum, et primo ad primum, quod semper unum oppositorum removet aliud, in quantum non sunt simul in eodem secundum idem. Sed non sic accipitur remove in proposito, sed dicitur unum remove aliud et perimere, quia uno existente actu in rerum natura, 610 aliud desinit esse actu, sicut existente actu albo, desinit esse actu nigrum. Sic autem relativa non sunt remotiva, quia uno existente actu, non desinit aliud esse actu, immo magis ponitur aliud actu, et ideo dicuntur positiva.

Ad secundum dicendum quod relativa sunt ad invicem peremptiva, in quantum uno perempto perimitur aliud, sicut uno posito ponitur aliud, 615 cum sint simul natura. Sed non sic accipitur hic peremptivum, sed accipitur hic quod unum sit peremptivum alterius, quia existentia unius est peremptio alterius.

Item dubitatur quomodo relativa non dicuntur oppugnativa. Videtur 620 enim quod sic, ex hoc ipso quod sunt opposita.

Dicendum quod si oppugnare dicatur non esse simul in eodem, sic omnia opposita sunt oppugnativa. Sed oppugnatio proprie plus importat;

593 conformitatis/contrarietatis B 597 autem/vero BN 598 aliud *lect. inc.* B co-
existunt *lect. inc.* N; *add.* et N 600 hic est/videtur hic esse B (non) sit *om.* B 602
remotiva vel peremptiva/peremptiva vel remotiva B commune *lect. inc.* T; de ratione B
604 se perimunt/inperimunt T; se *om.* R 605 posita *om.* B interimunt/perimunt N
606 (primum) quod/quia B 610 (aliud) desinit/designit N (esse) actu *om.* N 612
ponitur/ponuntur B (ponitur) aliud *om.* T (aliud) actu/ad actum BT et *om.* P 613
Ad *om.* N 614 perimitur/interimuntur N posito *om.* T 615 hic *om.* B 616 hic/sic B
617 peremptio/interemptio B; deperditio R 620 enim *add.* secundum T secundum
add. quod T autem *om.* B

videtur enim importare distantiam vel diversitatem cum distantia.

Secundum autem Simplicium sola diversitas introducit
625 oppositionem in relativis; in aliis autem diversitas cum distantia.

Et intelligendum quod diversitas sola facit oppositionem relativam,
hoc adiuncto quod non sunt simul circa idem secundum idem. Sunt igitur
relativa diversa, non tamen distantia, sed magis habent propinquitatem et
convenientiam. Unde dicit Simplicius quod oppositio relativa "ex
630 convenientia ad invicem diversitatem colligit".

Et sic patet prima proprietas relativorum secundum quam ab aliis
differunt; quae melius patebit ex secunda.

2. Secunda conditio vel proprietas ipsorum est, quia unum ipsorum id
635 quod est dicitur alterius, ut pater id quod est dicitur filii, et duplum
dimidii, et e converso.

Alia vero opposita non sic. Non enim dicitur bonum mali, et
malum boni, neque caecitas visionis et visio caecitatis, nec negatio
affirmationis et affirmatio negationis. Et ex hoc patet magis prima
640 differentia, scilicet quomodo relativa habent ad invicem convenientiam;
haec enim convenientia consideratur ex habitudine qua unum dicitur
alterius et e converso; et hoc enim dicuntur connexa esse. Haec enim
habitus mutua est eorum connexio.

645 Sed hic est dubium, quia contraria, secundum quod contraria, sunt
ad aliquid. Contrarium enim contrario contrarium est.

Et dicendum quod, si considerentur contraria secundum rationem
contrarietatis, sic sunt ad aliquid et non sunt contraria.

Si vero considerentur ea in quibus invenitur ratio contrarietatis, ut
650 album nigrum et huiusmodi, sic sunt contraria. Unde contraria in quantum
contraria sunt ad aliquid et non contraria, sed ea quae contrarietate

625 (in) relativis *add.* et BT 626 sola facit/facit solam B 627 hoc *add.* autem B
(non) sunt *om.* B (propinquitatem) et *om.* T 629 convenientiam *corr.* B1;
differentiam B 632 differunt/differt N; *add.* secundum B ex/in N 634 conditio vel
proprietas/proprietas vel conditio B (ipsorum) est *om.* N quia/quod N (unum)
ipsorum *corr.* B1; oppositorum B 635 (ipsorum id quod est) dicitur *corr.* B1; *om.* B
637 (mali) et/nec T 639 (negationis) et *om.* B; nec R 641 haec enim convenientia
om. BTRP qua/quia B 642 esse *om.* B 646 (sunt) ad *om.* T enim/tamen B 649
si vero ... sic sunt contraria *om.* B 651 (quantum) contraria *corr.* B1; *om.* B

624. ed. Pattin II 523.

629. ed. Pattin II 524.

participant sunt contraria et non ad aliquid.

Sed adhuc remanet dubium; et videtur mirabile quomodo contraria secundum quod contraria, sunt contraria et cum hoc etiam sunt ad aliquid.

655 Non videretur inconveniens, quia non est inconveniens quod aliqua secundum aliam et aliam rationem sint contraria et sint ad aliquid. Sed dicere quod contraria secundum quod contraria, nullo modo sunt contraria sed sunt ad aliquid, hoc videtur mirabile.

Et dicendum secundum Simplicium quod verum est quod dictum
660 est, scilicet quod contraria solum sunt ad aliquid, quia convenit eis proprietas eorum quae ad aliquid, scilicet coexistere et ad invicem dici, non autem secundum contraria secundum hunc modum. Sed tamen ratio contrarietatis facit alia esse contraria, scilicet illa quibus convenit, quia ratio contrarietatis facit illa oppugnare, sicut albedo in quantum albedo non
665 est alba, participans tamen albedine dicitur album; tamen albedo est factiva albi, quia facit aliud dici album et esse eo modo quo forma dicitur facere. Et est illud exemplum conveniens de albedine, scilicet quaelibet contrarietas non sit res vel forma superaddita his quae dicuntur contraria, tamen est modus essendi realis et habet in hoc modum formae.

670 Et quod dictum est de nomine contrarietatis, dicendum est de nomine oppositionis et contradictionis et privationis, quia privativum privabilis privativum et contradictorium contradictorii contradictorium.

Et sic patet de secunda conditione relationis.

675 3. Tertia conditio est, quia relatio vel oppositio relativa accipit differentiam vel diversitatem ex alio. Licet enim de se dicat diversitatem, tamen haec diversitas ortum habet et causam ex alia diversitate, scilicet fundamenti; propter quod character dicitur fundamentum ipsum.

Aliae vero oppositiones ex se ipsis habent diversitatem quantum est
680 de natura oppositionis ipsorum, et si considerentur secundum principalem acceptionem ipsorum.

Hoc autem ideo dico, quia contraria dicuntur, ut dicitur in V,

652 (contraria) et *om.* N 654 (et) cum *lect. inc.* B 656 (sint) contraria/differentiae B
658 hoc videtur mirabile *om.* B 659 Et *add.* est B 660 quod contraria *add.* secundum
quod contraria N 661 (coexistere) et *om.* N 663 illa *om.* N 664 (facit) illa/ea T
non *om.* B 665 tamen/cum BN 671 privationis/privativi BNT quia *add.* ratio B
672 privabilis/privatur N contradictorii/contradictionis BT 675 (conditio) est *om.* BT
quia/ vel B 682 ideo/ratio N in V *add.* Metaphysicae B

659. ed. Pattin II 523.

670. Vol. VIII 118^{vo} M, 119 AB; Bekker 1018^a; AL XXV 2, 97; XXV 3, 105, 106.

682. Vol. VIII 260^{vo} LM; Bekker 1055^a; AL XXV 2, 192; XXV 3, 203 sq.

factiva contrariorum vel acceptiones, vel passiva vel privationes contrariorum. Sed hoc est secundum quamdam attributionem ad ea quae
 685 primo et principaliter dicuntur contraria. Unde accipiunt diversitatem ex alio, verbi gratia album et nigrum sunt contraria, et similiter privatio albi et nigri contrariae sunt secundum Augustinum, et eorum contrarietas accipit diversitatem ex diversitate albi et nigri; sic motus ad contraria ut dealbatio et denigratio.

690 Relativa vero oppositio, et principaliter accepta, semper praeexigit aliam diversitatem.

Et sic patet relationis contradictio vel proprietates.

4. Potest autem addi et quarta, scilicet quod relatio inter omnes
 695 species oppositionis minimam diversitatem dicit, quantum est de natura oppositionis secundum se.

Aliae autem requirunt magnam diversitatem. Et hoc patet, quia dictum est quod relativa oppositio semper praeexigit aliam diversitatem, sed sufficit minimam diversitatem ad causandum diversitatem relativam,
 700 quia sufficit sola diversitas modorum essendi.

Utrum autem relatio, habens solum diversitatem modorum essendi pro fundamento, inveniat in creaturis vel in solo Deo, nihil ad propositum, quamvis quidam dicant quod in Deo nullam praeexigit diversitatem realem. Sed de hoc dictum est supra, in quaestionibus de
 705 relatione, et dicebatur aliquid iam.

Unde dicit Simplicius quod inter relativa quaedam "magis insinuant diversitatem, ut duplum et dimidium", quaedam "minus, ut scientia et scibile", forte quia unum est mensura et exemplar alterius. Hoc autem neque totaliter fere, ut aequales ad invicem.

710 Et Boetius dicit in libro De Trinitate similiter. "Sane sciendum

687 contrariae sunt secundum Augustinum ... diversitate albi et nigri *om.* P 688 ut dealbatio/vel albatio N 690 principaliter/principalis BT 692 patet *add.* etiam N 694 et/etiam N relatio *add.* relativa B; oppositio relativa T 695 minimam diversitatem ... natura oppositionis *om.* B 699 minimam diversitatem ... quia sufficit *om.* N causandum/ostendendum B 701 autem *om.* N 704 diversitatem *add.* rationem N sed de hoc ... aliquid *om.* R quaestionibus *lect. inc.* B 705 dicebatur/dicetur N 706 unde/et B; sed R quaedam/quidam N 707 minus *lect. inc.* B 709 fere *om.* B ut *add.* sunt B

698. De Civitate Dei XXI, 4. PL 41,713; CCL 48,762.

704. voir Quaestio XI. ed. Ypma p. 39 sqq; Quaestio XIII. ed. Ypma p. 80 sq.; 112 ad 7.

705. De Civitate Dei XXI, 4; PL 41,713; CCL 48,762.

706. ed. Pattin II, 524.

710. PL 64, 1255A, 1256 A.

<est> non semper talem esse relativam praedicationem, ut semper ad differens praedicetur, ut est servus ad dominum. Differunt enim, nam omne aequale aequali aequale est, et simile simili, et idem eidem. Et similis est relatio in Trinitate Patris ad Filium et utriusque ad Spiritum Sanctum, ut
 715 eius quod est idem ad id quod est idem". Et subdit "quod si id in cunctis <aliis> rebus non potest inveniri, facit hoc cognata caducis rebus alteritas".

Et si obicitur quod videtur quod sit in rebus creatis, quia idem est potentia et illud idem pro cuius sit actu et eadem res sub diversis modis.

Et dicendum quod re vera potest concedi quod sit relatio inter
 720 potentiam et actum, quod sunt diversi modi reales, quorum alter principium est alterius.

Tamen adhuc dissimile est in divinis quantum ad aliud, quia potentia est modus imperfectus, actus autem perfectus. Unde in his est origo vel relatio, et etiam imperfectio. Sed in Deo est origo et relatio sine
 725 imperfectione, quia illi diversi modi eiusdem rei, quae est essentia divina, sunt aequae perfecti, et ideo magis accedit ad diversitatem realem differentia potentiae et actus propter rationem perfectionis et imperfectiois, et dicuntur diversae res. Quod aliquo modo concedi potest, propter diversitatem perfecti et imperfecti, tamen una essentia sunt, ut alibi
 730 dictum est.

Sic igitur patet de propriis conditionibus et proprietatibus relativae oppositionis, per quas differt ab omnibus aliis, quae sunt coexistentia ad invicem dici et accipere diversitatem ex alio.

Quarta autem conditio, scilicet quae est importare et praesupponere
 735 minimam diversitatem, forte non convenit soli relationi, nam contradictio aequae minimam importat. Quod patet, quia ubicumque est multitudo et pluralitas, ibi est contradictio, quia ibi est divisio, quae dicit hoc non esse illud, nisi forte dicatur sicut et verum est, et ita diceretur quod est contradictio secundum quid; secundum quid autem convenit aliis, ut
 740 patebit.

711 non/quod N 712 praedicetur/praedicatur B differunt/differt N omne/esse N
 713 similis/ similiter T 715 (si) id/illud B 717 quod sit *om.* B; sit *post* in rebus P
 quia/quod N 718 pro cuius/pro quo B; postea R sit/fit NR (actu) et *add.* est N
 721 principium *post* alterius B 722 quantum/quia BT 723 perfectus/imperfectus B
 726 accedit/ accidit B 732 aliis *add.* per B 733 ex alio *om.* N 734 scilicet *om.* B
 735 diversitatem/ entitatem B non *om.* B relationi/rationi B 737 dicit/dicitur N
 738 illud/ ideo T 739 (contradictio) secundum quid *add.* Et ideo vero est illa quarta
 conditio simpliciter loquendo N ut *om.* B

Ex his potest magis patere quod supra dictum est, quomodo oppositio primo dicitur de contradictione, secundo de privatione, tertio de contrarietate, ultimo de relatione; quod sic patet.

De relatione enim minime dicitur, quia non dicit oppugnationem et
745 interemptionem sicut alia, sed connexionem et quia dicuntur ad invicem, et quia habet ortum ex alia diversitate, et minimam diversitatem dicit. Omnia enim hoc indicant quod relatio est minima diversitas, et per consequens oppositio.

Inter alia vero est ordo secundum diversitatem, quia maior est
750 diversitas inter ens et non-ens quam inter ens et ens. Ideo contradictio et privatio praecedit contrarietatem.

Item, contradictio praecedit privationem, quia plus sunt diversa ens et non-ens absolute, quam ens et non-ens in subiecto aliquo, quod dicit privatio.

755 Et sic patet secundum principale, scilicet de modis oppositionum et eorum differentia et convenientia.

III Nunc tertio videndum est, an in Deo sit oppositio secundum omnes
suos modos. Circa quod sciendum quod hic duo implicantur, primo utrum
760 sit in Deo oppositio et, dato quod sit, an secundum omnes suos modos qui iam dicti sunt.

Ponitur autem communiter quod in Deo est oppositio, non tamen secundum omnes suos modos, sed solum est ibi oppositio relativa, secundum quam oppositionem Personae distinguuntur.

765 Quod autem sit in Deo oppositio declaratur. Constat enim, et supponitur secundum fidem catholicam, in Deo esse Personarum distinctio. Omnis autem distinctio est per aliquam oppositionem, nisi sit distinctio materialis, quae in Deo locum non habet. Est igitur in Deo oppositio.

Quod autem sola oppositio relativa, sic ostendunt. Non enim inter
770 Personas potest esse oppositio contradictionis, quia sic distinguuntur entia a non-entibus, quod non est dicendum in divinis Personis, nec etiam

741 quod supra dictum est *om.* BR 744 non/nec B; ut T 745 sicut *add.* et N sed/et B (et) quia/quod BT dicuntur/dicitur BT 746 (et) quia/quod B dicit *om.* BR omnia enim hoc ... ordo secundum diversitatem *om.* P 747 hoc *om.* N 749 vero/non B 750 (et) ens/non ens B 751 contrarietatem. Item ... praecedit *om.* BT 752 (plus) sunt *om.* N diversa/diversum N 756 eorum/earum BNP 759 hic/haec BN 760 (utrum) sit *post* in Deo BP (quod) sit *om.* B 761 sunt *add.* positae B 763 suos *om.* N 765 sit *post* in Deo B declaratur/declarat N; *add.* sic B enim *om.* B 767 Omnis autem ... distinctio est *om.* B 768 quae/quod T 769 ostendunt/ostendit N 770 quia/et N

distinguuntur divinae Personae secundum oppositionem privationis et habitus, quia sic distinguuntur perfecta ab imperfectis, vel imperfecta ab perfectis, neque etiam secundum oppositionem contrarietatis, quia sic
 775 distinguuntur quae sunt diversa secundum formam, cum contrarietas sit differentia secundum formam; quae differentia non est in divinis Personis, quia earum est una forma sicut et essentia. Unde Ad Phil. 2 dicitur "qui cum in forma Dei esset".

Relinquitur ergo quod non est distinctio Personarum, nisi secundum
 780 relationes, non quaslibet, sed originis. Et hoc etiam fuit supra declaratum.

Quomodo est et universaliter et simul de illis tribus oppositionibus, arguunt quod non sint in divinis ex duplici differentia eorum ad relationem; quarum una est quae iam tracta est, scilicet quia in relatione unum relativorum non removet aliud, in aliis autem oppositis sic.

785 Secunda est, quia in aliis oppositionibus semper unum se habet ut perfectum, aliud vero ut imperfectum. In relativis autem non oportet, sed aliqua possunt aequae perfecta esse, ut in relativis aequiparantiae; et haec differentia supra non fuit tacta.

Et potest addi tertia ratio, quia aliae sunt oppositiones oppugnativae
 790 et dicunt distantiam quae in divinis non est; licet sit ibi distinctio, non tamen distantia.

Sed in praedictis accidit dubium. Primo, quantum ad hoc quod dicunt quod in divinis est oppositio quia est distinctio, dubitatur, quia
 795 verum est quod in Deo sunt Personae distinctae. Sed opposita non possunt esse in eodem secundum idem. Personae autem divinae et relationes, per quas distinguuntur, sunt in eodem et secundum idem, scilicet in divina essentia, in qua non est hoc et hoc, et ideo nec etiam relativa oppositio. Prout videtur ibi erit maxime, si verum est quod oppositio relativa semper
 800 accipit diversitatem ex alio; relationi autem in divinis non praesupponitur

773 sic *om.* N (perfecta) ab *om.* N (imperfecta) ab/a B imperfecta ab perfectis/perfectis ab imperfectis N 776 non *om.* B 777 sicut *om.* BT; sic R et *add.* una BT Unde/quia B dicitur *add.* filius N 778 cum/tamen B 780 relationes/rationes B 781 (est) et *om.* B 782 sint/sit BT; *om.* PR eorum/earum ; *om.* R 783 quia/quod N 784 aliud/aliam B 786 vero *om.* B 787 aliqua possunt *om.* B 788 supra *post* tacta B 789 (aliae) sunt *om.* N oppositiones *add.* supra N 793 ad hoc *om.* N 794 dicunt/dicit N quia/quae T (dubitatur) quia/quod B 796 esse *om.* BT per/secundum B; per quas/quibus R 799 (verum) est *om.* T 800 relationi/relationem B autem/ita T; *add.* enim BT

777. Ad Philipenses II, 6.

780. voir l. 580 sqq.

aliqua diversitas realis. Erit ergo ibi relatio, non tamen ut oppositionem dicit; et similiter erit ibi distinctio, non tamen per oppositionem.

Et si dicitur quomodo potest hoc esse, dicendum quod, sicut relatio vere in Deo est, non tamen ut est accidens sicut in creaturis, ita erit ibi
805 vera relatio, non tamen ut oppositio est; et similiter distinctio erit ibi sine oppositione.

Ex alia parte, si ponitur in Deo oppositio relativa, non videtur quod debeat negari contradictio, quidquid sit de privatione et contraria. Dicimus enim quod Pater non est Filius et e converso, et, sicut in arguendo dictum
810 est, contradictio includitur in aliis, cum sit proprie oppositio. Praeterea, etiam de contraria et privativa videtur, sicut in arguendo tactum est. Et ideo videtur ex una parte quod nulla sit ibi ponenda, ex alia parte videtur quod quaelibet sit ibi ponenda.

Ut ergo salventur et dicta communia et satisfiat his quae sunt dubia,
815 circa hoc potest dici quod relativa oppositio simpliciter est in Deo solum; aliae vero non sunt in ipso simpliciter, sed secundum quid et aliquo modo. Quod ergo communiter dicitur, verum est simpliciter.

Ut igitur hoc pateat, videndum est singillatim de singulis.

Et primo de relativa oppositione, dicendum quod illa est in divinis.
820 Sed tunc est declarandum, quomodo ibi possunt salvari ea quae pertinent ad rationem talis oppositionis.

Ad hoc potest dici uno modo quod, sicut relatio in Deo est vere, non tamen secundum id quod imperfectionis est, quia non est ibi ut accidens, ita posset dici quod est ibi oppositio relativa, non tamen quantum
825 ad hoc secundum quod requirit diversitatem fundamenti et secundum quod sumit diversitatem ex alio.

Est autem ibi quantum ad omnes condiciones talis oppositionis,

801 Erit/est B 802 et/sed N erit/est B 804 vere om. N (Deo) est ante in Deo BN tamen om. N 805 vera/vere N distinctio post erit ibi B 807 si add. non R 808 contradictio lect. inc. T et om. B contraria/contrarietate N 809 (e converso) et om. BT 810 proprie/prima N 811 de/ducitur quod N contraria et privativa/privativa et contraria B tactum est add. totum B 812 ideo om. B alia om. N; add. etiam P ex alia ... ibi ponenda om. B 814 salventur/salvantur T (salventur) et om. BR (communio) et add. etiam N his/eis B 815 hoc om. B simpliciter post in Deo B 816 vero add. autem N simpliciter ante in ipso B 817 ergo om. B 818 est/sit N; videndum est/videtur B 819 primo/prima T illa/ista N 822 relatio post est B 823 (vere) non om. B tamen om. T id/illud BT (imperfectionis) est om. B quia/quod BN (non) est om. N 824 posset/potest T 825 (hoc) secundum om. B 827 omnes/alias N

quae sunt coexistere et ad invicem dici, et minimam diversitatem dicere.

Sed si sic dicatur, non salvatur ratio oppositionis, quae est non esse
830 in eodem secundum idem; et ideo, si relatio est in Deo ut oppositio,
oportet quod sit ibi aliqua diversitas in fundamento. Et sic etiam oportebit
ibi esse illam conditionem, quae est sumere diversitatem ex alio.

Et ideo dicendum, sicut supra tactum fuit, quod essentia divina est
fundamentum diversarum relationum secundum aliud et aliud, non
835 secundum aliam et aliam rem, cum sit una simplex res, sed secundum
aliud essendi modum, scilicet absolutum, ita quod sunt ibi plures modi
essendi absoluti, super quibus fundantur modi essendi relativi. Et haec
diversitas sufficit ad oppositionem relativam, quia, ut dictum est, sufficit
modica diversitas ad relativam oppositionem causandam. Et sic, praeter
840 diversitatem quam dicit oppositio relativa, est ibi quaedam diversitas
modorum absolutorum, quae est origo et fundamentum et causa diversitatis
relativae: et non minus differunt illi modi absoluti quam relationes, immo,
si liceat sic loqui, magis, cum sint horum fundamentum.

Qui autem sint illi modi, dictum fuit: esse naturale, et intelligibile
845 et appetibile.

Sed tunc occurrit dubitatio. Prima est, quomodo isti modi, cum sint
absoluti, possunt causare distinctionem, cum esse absolutum in divinis sit
commune tribus.

850 Ad hoc autem dicendum quod isti modi sic se habent quod unus
originem ducit ab altero, ut esse intelligibile a naturali, et appetibile ab
utroque. Unde ad hos modos sequitur relatio originis, quae oppositionem
habet et distinctionem; non autem sic est de aliis modis essendi in Deo.

Licet enim inter eos sit aliquis ordo, non tamen origo proprie, sed
855 inter hos solos est ratio originis. Nisi enim ponantur hi modi, et secundum

828 (coexistere) et *om.* N diversitatem/entitatem B 829 salvatur/solvitur B 830
est/sit N 832 conditionem *add.* contradictionis NT diversitatem *post* ex alio N 836
absolutum/absoluti B ita/scilicet B sunt *om.* B; *post* essendi P; sint R 837 essendi
om. BN; *corr.* B *post* absoluti B *add.* sicut sunt absoluti B (fundantur modi) essendi
om. B 840 diversitas *om.* B; ad oppositionem ... quaedam diversitas *om.* P 843
horum/harum T 844 (naturale) et *om.* BR 850 quod/ut N unus/unum B 851
intelligibile/intellectuale N 852 oppositionem/oppositio B 853 essendi/causandi R
855 enim/autem T hi modi/his modis B

833. voir l. 675 sqq.

838. voir l. 694 sqq.

844. Quaestio XIII. ed. Ypma p. 159.

hos modos esse originem, non posset salvari origo in divinis, ut videtur, nam relatio non originatur ex relatione, nec relatio est terminus productionis sed essentia, quia processio est secundum communicationem essentiae vel naturae. In Deo autem relatio consequitur hanc originem.

860 Item, nec ipsa essentia ut essentia est absolute originatur a se ipsa, quia nihil se ipsum producit, nec utrumque simul, scilicet essentia et relatio, quia ex quo essentia ut essentia est, nec est generans nec genita nec principium vel terminus generationis, cum sit commune tribus, nec etiam ipsa relatio est generans aut genita, sed consequens generationem vel
865 processionem, sequitur quod nec utrumque simul erit generans vel genitum. Oportet ergo dicere quod essentia ipsa, non ut essentia est absoluta, sed essentia secundum unum modum essendi, est generans, secundum alium est genita, secundum alium procedens. Relationes autem quae sequuntur hos modos essendi, vel, ut melius dicatur, essentia secundum unum modum est
870 principium generandi active, secundum alium est terminus generationis.

Non est enim dicendum quod essentia vel absolute vel sub tali modo sit generans vel genita. Persona enim dicitur a personali proprietate, quae totum includit, scilicet essentiam, modum et relationem, ut supra fuit dictum. Tamen bene potest dici et est verum, quod essentia sub tali modo
875 est principium vel terminus generationis.

De essentia vero absolute sumpta etiam hoc dici potest, quod sit principium vel terminus generationis, quia sic dicit rem communem tribus. Ex hoc potest videri quid dicit potentia generandi, quia scilicet essentiam sub tali modo; et quia talis modus includitur et insinuat per relationem.
880 Ideo dicitur ab aliquibus quod relatio, ut est eadem essentiae vel essentia ut subintrat proprietatem relativam, est potentia generandi, et cetera.

Quod autem assumitur, quod omne absolutum est commune tribus, isti autem modi si essent, non essent communes sed proprii sicut relatio,

856 originem/originetur B videtur/dicitur N 857 nam relatio ... ex relatione om. B
859 autem om. B 860 ut essentia est om. B 861 nihil add. per BT ipsum/ipsa N;
ipsam B producit/producitur NT; lect. inc. N simul om. B; add. sed T 862
(generans) nec/vel B nec principium om. B 865 (generans) vel/et N genitum/
generatum B 866 ergo om. T (ut) essentia om. B 867 est generans ... modos
essendi om. B 869 essentia/esse N 870 active add. et B 871 enim corr. B1; om. B;
add. idem P tali add. conditione N 872 genita/genitum N enim/autem N 873
quae lect. inc. B 874 sumpta om. B dici add. non N 877 tribus add. et N 878
ex/et T 878 dicit/sit T 879 modo om. N 880 (relatio) ut/non B (essentia) ut/cum
BT 882 omne/esse B 883 relatio/relativa B

dicendum quod verum est de absolutis modis ad quos non sequitur relatio
885 talis, ut dictum est.

Item, isti sunt tales modi, quia quilibet includit totam divinam perfectionem, et ipsi non dicunt perfectionem aliam et aliam, sed solum modum alium habendi perfectionem.

Est enim sciendum quod isti modi non sunt natura, intellectus et
890 voluntas, quia haec etiam dicunt speciales rationes perfectionum, sed esse naturaliter, intelligibiliter et appetibiliter. Deus enim habet esse naturaliter secundum suam naturam, habet esse intelligibiliter secundum quod se intelligit et concipit, et appetibiliter secundum quod se diligit, et secundum quemlibet modum omnis divina perfectio comprehenditur; sunt enim
895 aequales hi modi et similes.

Unde, licet tribus Personis conveniat natura, intellectus et voluntas, non tamen esse naturaliter, intelligibiliter, appetibiliter, quia in alia est esse naturaliter, in alia intelligibiliter, in alia appetibiliter; in ipsa natura divina concipiente est naturaliter, in conceptu formato intelligibiliter, in amore
900 spirato appetibiliter.

Secunda dubitatio est circa hoc quod communiter dicitur, quod distinguuntur solum per relationes, non per modos absolutos.

Et dicendum ad hoc quod verum est quod Personae solum per
905 relationes distinguuntur, ut per hoc quod dico solum excludatur ipsa res absoluta, non autem modus talis qualis dictus est.

Unde in relatione divina includitur ille modus qui est eius fundamentum. Unde illi non solent designari a suis propriis nominibus, sed simul cum relationibus insinuantur. Unde dicit Damascenus quod relationes
910 istae non significant substantiam divinam neque dignitatem, sed existentiae

884 sequitur/pertinet B sequitur *add.* relatio distinctiva, quia sunt communes, sed ad hoc sequitur N 885 est *om.* T 886 quia/quod N totam *om.* B 887 perfectionem *add.* aliquam N 889 enim/autem B sunt *add.* aliud B; non sunt *om.* P 890 speciales *lect. inc.* B sed/secundum N; *add.* etiam B esse *om.* B 891 et *om.* NR appetibiliter *corr.* P1; *mss.* apprehensibiliter naturaliter ... appetibiliter/naturaliter et apprehensibiliter et intelligibiliter B 892 (quod) se *om.* B; *add.* in se T 896 conveniat/conveniant B 897 naturaliter, intelligibiliter, appetibiliter, quia in alia est esse *om.* N 899 conceptu/intellectu B formato *lect. inc.* T 900 (hoc) quod/quia T 904 per relationes *om.* B 907 relatione/ratione B includitur/intelligitur B 908 illi *add.* modi N suis *lect. inc.* T 910 istae/realiter B

885. voir l. 850 sqq.

909. De Fide Orthodoxa I cap. VIII. PG 94,818 A; ed. Buytaert p. 35.

modum; et infra dicit quod secundum perfectitudinem hypostaseos, idest secundum modum existentiae, intelligimus differentiam in Personis.

Utrum autem isti modi existendi, qui sunt fundamentum relationum, debeant dici differre re vel ratione, vel quomodo, dictum fuit supra, et
915 infra dicetur in quaestione de prius et posterius.

Sic igitur patet quid dicendum sit de oppositione relativa in divinis, et cetera.

Nunc videndum est de contradictione. Et dicendum quod est in Deo
920 non simpliciter, sed secundum quid et aliquo modo, quia contradictio est esse et non esse. Cum autem in Deo omnia sint una res absoluta non potest ibi accipi non esse simpliciter; quod est non esse secundum rem absolutam.

Sed non esse secundum quid potest ibi accipi, propter differentiam modorum essendi, quia sapientia non est bonitas, quantum ad modum
925 essendi, nec Pater est Filius.

Et quanto est maior distinctio, magis reservatur ibi contradictio. Oportet enim quod ubicumque est pluralitas, quod ibi sit aliqua contradictio. Propter hoc ergo non-esse secundum quid habet in Deo locum contradictio.

Haec enim sunt contradictoriae: Pater est Filius, Pater non est
930 Filius, et est una vera et alia falsa. Similiter sapientia est iustitia, sapientia non est iustitia, referendo hoc non ad rem, sed ad modum secundum quem differunt.

Et si dicitur quod negatio removet et etiam est imperfecta,
935 dicendum quod unum eorum quae sunt in divinis, removetur ab alio, non quantum ad rem quam dicunt, quae est una, sed quantum ad modum. Et talis remotio bene convenit in divinis, non ut dicit imperfectionem, sed magis consequitur perfectionem divinam, sicut et ipsa multitudo; de cuius ratione est divisio, quae negationem vel remotionem dicit unius ab alio. Est
940 igitur ibi contradictio secundum quid, quamvis dici posset quod esset ibi simpliciter, quia non est de ratione contradictionis absolute quod negetur

911 infra *lect. inc.* BN 919 contradictione *lect. inc.* BP; contradictoria RT 920 non ante est in Deo N 922 ibi ante non potest N quod/quia B *add.* non B 924 sapientia/essentia B 926 contradictio/contradictionem N 927 (enim) quod *om.* N est *add.* aliquid B 928 habet post in Deo T 931 (vera) et *om.* N 932 (hoc) non *om.* B 934 si/sic B 935 (quae) sunt/est T 936 quae est una *om.* B 937 divinis/Deo B (non) ut *om.* N 940 igitur *om.* N 941 simpliciter *om.* N quia/quod BT

911. *ibidem* cap. VIII. PG 94,830 A; ed. Buytaert p. 44.

914. Quaestio XI. ed. Ypma p. 33 sqq.; Quaestio XII. ed. Ypma p. 83 sqq.

res vel modus, sed quidquid sit illud.

De privatione autem dicendum quod, secundum quod dicit negationem in subiecto apto nato, sic non est in Deo, quia nulla est
945 carentia in Deo eius quod natum sit haberi.

Prout vero privatio dicit negationem in subiecto, sine tamen aptitudine habendi, sic est ibi, sicut et contradictio, non quia negetur res sed modus, ut ingenitum est privatio, et aliqua alia. Unde privatio dupliciter est in divinis deficienter.

950 Primo, quia non est ibi ut supponit aptitudinem subiecti, sed solum subiectum.

Secundo, quia non est ibi quantum ad rem, sed quantum ad modum, sicut de contradictione dictum est.

Et si obicitur de remotione et imperfectione, dicendum sicut de
955 contradictione dictum est. Nam talis remotio non repugnat Deo, nec etiam ponit imperfectionem.

Cum enim dicitur Pater ingenitus, non removetur vel negatur perfectio sed modus, quia ingenitum non dicit perfectionem sed modum existentiae, secundum Damascenum.

960 De contrarietate vero dicendum quod potest poni in divinis, sed inter quae considerandum est. Inter attributa quidem non, quia haec sunt in eodem secundum idem; omnia opposita autem non sunt in eodem secundum idem.

Licet enim aliqua attributa sint in Deo quae habere videntur
965 contrarietatem, ut sunt in creaturis, tamen ut sunt in Deo, non sunt contraria. Quod patet, quia sicut formae contrariae habent oppositionem proprie secundum quod sunt in actu, secundum autem quod sunt in potentia non dicuntur opposita proprie, cum contraria in potentia possunt esse simul in eodem, ut corpus pallidum simul est potentia album et
970 potentia nigrum. Possunt tamen dici opposita secundum quamdam relationem et attributionem ad actum vel ad contraria in actu. Ideo autem non sunt contraria absolute ut sunt in potentia quia sunt ibi unitive.

942 vel/sed N sed *om.* N 943 autem *om.* N 947 (sicut) et *corr.* T1; *om.* T 948 alia *lect. inc.* T 949 dupliciter/dicit B est *post* divinis N 950 sed/vel N 956 ponit/post N; dicit R 958 ingenitum/genitum N non/ut N perfectionem/imperfectionem T 961 (sunt) in/sub T 962 eodem *add.* differentia B omnia *om.* B in eodem/idem B; sunt in eodem *om.* T 966 sicut *om.* B 968 opposita/oppositae N 969 simul est *add.* in B 970 (et) potentia *om.* T 971 autem *om.* B 972 ut/non B quia/quae N unitive/in unione B

959. De Fide Orthodoxa I cap. VIII. PG 94,818 AB; ed. Buytaert p. 35; cap. X. PG 94,858 B; ed. Buytaert p. 51.

Oppositio autem dicit pluralitatem et diversitatem.

Similiter dicendum quod attributa sunt in Deo unitive, non actuali-
 975 ter sed in virtute. Ideo non sunt contraria, et magis sunt ibi unitive quam
 1005 contraria in potentia in subiecto; tamen attributa ut habent rationem causae
 respectu creaturarum, sic in respectu ad creaturas habent secundum quid
 contrarietatem. Sed iste respectus non est realis in Deo, nisi sicut in ter-
 mino. Et sic dicuntur contraria, quia contraria quaedam referuntur ad ipsa.

980 Eodem modo dicendum de ideis; quia sunt in Deo unitive, ideo non
 1010 sunt contrariae nisi in respectu ad creaturas, in quantum creaturae
 contrariae terminantur vel referuntur ad ipsas ut ad causas.

Si autem ideae non essent ibi unitive, haberent contrarietatem sicut
 et illa quorum sunt ideae.

985 Et si dicitur quod rationes contrariorum non sunt contrariae,
 1015 dicendum quod rationes contrariorum proprie, prout unumquodque habet
 conceptum sibi proprium, contrariae sunt, et simul non sunt in anima, sicut
 nec extra animam, ut Commentator dicit in VII, sed secundum quod ratio
 unius contrarii est aliquo modo alterius existendi; sic non habent
 990 contrarietatem in anima, quia sunt ibi unitive contraria, scilicet in uno
 conceptu.

Unde, quia Deus contraria intelligit non pluribus sed uno conceptu,
 ideo non sunt in Deo ideae habentes contrarietatem nisi respective, quod
 est secundum quid, ut dictum est. Si ergo est contrarietas in divinis,
 995 oportet alibi assignare.

Et potest dici quod inter duos modos procedendi in divinis est
 contrarietas; quod sic patet.

1000 Illa enim quae eidem convenire non possunt, opposita sunt. Isti
 autem duo modi processioneis non possunt eidem convenire, ergo habent
 oppositionem, sed non opponuntur contradictorie aut privative, ut uterque
 sit ens, sed nec etiam opponuntur relative. Quod patet, quia relationes quae

974 (in Deo) unitive/unione B non/modo N 975 actualiter/actuali BNT sed/scilicet
 N in om. B (non) sunt om. N et om. N 976 ut/non B 977 sic/sicut B 979
 (et) sic om. B quaedam/quidem N 980 quia/quod B sunt post in Deo B 981 nisi
 in/non N 982 terminantur vel referuntur/referuntur B 983 ibi lect.
 inc. B 984 illa/aliae B 985 non sunt contrariae ... contrariorum om. N 989
 existendi lect. inc. TR; ex consequenti N; coextentiae B 992 Unde/ita BT quia/quod
 T 994 (ergo) est om. B 995 assignare/signare N 999 autem add. sunt BT proces-
 sionis/qui B non possunt eidem ... habent oppositionem/huiusmodi sunt ergo et cetera P
 1000 aut/nec T uterque lect. inc. N; utriusque T

988. text. com. 53. Vol. VIII 202 E.

994. voir l. 919 sqq.

consequuntur hos modos procedendi, non habent oppositionem relativam, scilicet filiatio et processio.

Relinquitur ergo quod opponuntur contrarie. Non enim sufficit
 1005 dicere quod sunt disparata. Nam disparata sunt illa quae sic sunt diversa quod tamen circa idem possunt esse. Quae autem in eodem esse non possunt, etiam si sint genere diversa, tamen opposita sunt. Et ideo videtur dicendum quod haec duae processiones contrariae sunt; unde et contrariis differentiis dividuntur.

1010 Et ulterius, ex hoc potest dici quod etiam relationes quae consequuntur has processiones, sunt contrariae, ut filiatio et processio, et non sunt solum disparatae.

Sed tunc solvendum est ad obiecta in contrarium.

1015 Primum est, quia unum contrarium differt ab alio secundum formam.

Ad hoc potest dici quod non est de ratione contrarietatis, quod contraria dicant diversas formas; sufficit quod dicant diversa quaedam, quorum utrumque sit positivum sive dicant res diversas sive modos
 1020 diversos. Unde actus et potentia sunt contraria; quae tamen solum dicunt diversos modos, vel, si omnino stetur quod contraria sunt diversa secundum formam, dicendum quod verum est contraria simpliciter. Sed ubi est diversitas modorum est contrarietas vera, non tamen simpliciter sed secundum quid.

1025 Duae autem processiones in divinis non dicunt diversas res, sed diversos modos. Quod patet, quia idem secundum rem est principium et terminus utriusque processiois. Differunt autem secundum modum, quia idem secundum rem, diversum autem secundum modum, est principium et terminus utriusque.

1030 Item, cum obicitur quod unum contrariorum removet aliud.

Et dicendum quod hoc est in istis duabus processioibus, quia cui

1002 consequuntur/sequuntur B 1005 (quod) sunt/sint B (sunt) illa *om.* BT 1006 quod/quia B; quae N (possunt) esse *om.* N in eodem esse non possunt/non possunt esse in eodem B 1007 (etiam) si/sicut B; *om.* T videtur *add.* esse B 1008 (unde) et/in BT 1010 quae consequuntur/consequentes N 1015 Primum/Ad primum BN est *om.* N alio/altero B 1017 ad hoc *om.* P potest dici/dicendum PB (non) est *om.* T 1018 diversa quaedam ... sive dicant *om.* B 1019 (diversas) sive/secundum in N 1020 (actus) et/in T quae tamen solum ... secundum formam *corr.* B1; *om.* B 1022 dicendum *add.* est T sed ubi est ... tamen simpliciter *om.* B 1025 Duae autem/nam ut sint T 1027 Differunt autem terminus utriusque *om.* B 1030 cum *om.* B 1031 et *om.* B

convenit una ab eo removetur alia. Talis autem remotio non repugnat divinae perfectioni, cum non attendatur secundum diversitatem rei sed modi.

1035 Sed iterum obicitur tertio quod contrariorum unum est perfectum, aliud imperfectum.

Et dicendum ad hoc quod non est de ratione oppositionis contrariae absolute loquendo. Quod patet per Simplicium, quia saepe dicit quod contrarium sit aequae potentia et aequae principale et aequae secundum naturam in quo a privative oppositis differt.

1040 Si autem in contrariis unum est principalius, hoc provenit non ex ratione contrarietatis, sed ex ordine rerum, quia, cum contraria differant specie, non sunt in creaturis aliquae duae species aequae perfectae. In divinis autem, ubi omnia dicunt eandem rem, est ibi contrarietas sine tali gradu; in creaturis autem non est propter gradum et ordinem creaturarum.

Et si dicatur quod etiam in Deo non est multitudo sine ordine, et quod istae duae processiones habent ordinem ad invicem, dicendum quod in Deo est ordo, non tamen gradus secundum perfectionem propter identitatem rei.

1050 Inter processiones ergo est ordo quidam, non tamen gradus secundum perfectum et imperfectum. Unde et de ratione contrariorum bene est ordo aliquis ipsorum ad invicem, non tamen gradus secundum perfectionem.

1055 In creaturis tamen non est ordo contrariorum sine gradu perfectionis propter ordinem eorum, qui est sicut numerorum ad invicem.

Sic igitur duae processiones contrariae sunt. Et ulterius potest concludi quod, quia non minus distinguit oppositio contraria quam relativa, quia, si Spiritus Sanctus non procederet a Filio, adhuc distingueretur ab eodem per diversum procedendi modum et relationes contrarias, ut supra in

1032 convenit *om.* B 1033 (cum) non *om.* N attendatur/attendat B 1035 tertio *add.* consequitur T quod/quia N; *lect. inc.* T 1037 ad hoc *om.* T quod *add.* hoc N de *om.* B 1038 (saepe) dicit *om.* N 1039 sit/fit B; *add.* et BT principale *mss* principalia 1040 oppositis/oppositi P 1041 (non) ex *om.* B 1042 cum contraria *om.* B differant/differunt B 1043 specie *add.* contraria B perfectae *add.* sed N 1044 autem *om.* N est *om.* B sine tali gradu ... et ordinem *om.* N 1045 et/ut B 1046 etiam *om.* P 1048 perfectionem propter ... tamen gradus secundum *om.* B 1052 (invicem) non *om.* B 1054 (tamen) non *corr.* B1; *om.* B 1055 invicem/unitatem N 1056 processiones *add.* ad invicem B Et/quod N; quae B; quia R 1057 quod, quia/quodque B 1058 spiritus sanctus/species N 1059 procedendi/distinguendi B

1038. ed. Pattin II, 572.

1059. Quaestio XIV. ed. Ypma p. 203; p. 201 (ad 16) sq.

1060 quaestionibus de relationibus tactum fuit.

Et si dicatur quod ista contrarietas est secundum quid, dicendum quod, licet sit secundum quid, tamen non minorem diversitatem dicit quam oppositio relativa, quae est in Deo simpliciter. Et ideo distinguit non minus quam illa; relativa quidem oppositio requirit minimam diversitatem. Ideo in Deo relativa oppositio dicitur esse simpliciter, contrarietas vero, quia requirit maiorem diversitatem, dicitur in Deo esse secundum quid, licet alio modo possit dici quod est ibi simpliciter, ut dictum est; tamen, dato quod sit secundum quid, non minus distinguit quam relativa nec tamen distinguit magis, quia est secundum diversos modos, sicut et relativa.

1070 Sed tunc videtur quod secundum hoc quod Filius et Spiritus Sanctus dupliciter distinguuntur, supposito quod unus ab alio procedat, sicut catholica fides tenet. Distinguuntur enim oppositione relativa originis, et etiam diverso modo procedenti; et sic ulterius sequitur quod plus distinguatur Spiritus Sanctus a Filio quam uterque a Patre.

1075 Dicendum autem ad hoc, quod non est maior distinctio, licet sit pluribus modis, nec est inconveniens, sicut etiam non est inconveniens ponere in una Persona plures notiones et relationes quam in alia.

Vel aliter potest dici quod isti duo modi procedendi uni Personae non possunt convenire; tamen esse principium utriusque processiois potest 1080 uni Personae convenire, ut Patri. Tamen non secundum eundem modum Pater est principium utriusque processiois, sed secundum alium et alium modum. Illi tamen modi non habent contrarietatem sicut ipsae processiones, quia sunt in Patre unitive, ut dictum est de attributis respectu creaturarum et de ideis; verbi gratia, si dicatur quod natura in Patre, ut 1085 habet rationem veri est principium processiois Filii, ut habet rationem boni est principium processiois Spiritus Sancti, ut dicatur etiam quod tres illi modi possunt sic sumi ens, verum et bonum, quorum quilibet

1063 distinguit *post* non minus B 1064 quam *om.* B diversitatem/identitatem B
 1065 vero/non B; *add.* rei N 1066 requirit/dicit P esse *ante* in Deo N; *om.* R 1067
 possit/potest B (dictum) est *om.* N 1069 (sicut) et/est T 1071 dupliciter *om.* BN
 1074 distinguatur/distinguuntur T 1075 autem *om.* B maior/magis B sit *post* modis
 B 1076 nec est *om.* B sicut etiam non est inconveniens *om.* BT 1077 ponere *post*
 persona B quam *om.* BT 1078 aliter *post* dici B uni personae ... utriusque
 processiois *om.* BT 1079 possunt/potest N potest/esse potest B 1080 patri/pater N
 1081 (sed) secundum/per T 1082 modi *corr.* B1; *om.* B 1084 natura in/non N 1087
 illi *lect. inc.* B possunt/possint BR sumi/sive BR et *om.* N

1067. voir l. 919 sqq.

1083. voir l. 960 sqq.

comprehendit divinam perfectionem totam. Et ille est alius modus assignandi quam supra, licet in idem redeat.

1090 Vel dicatur quod Pater, ut intellectus, est principium processio-
Filii, ut autem est volens, est principium processio-
nis Spiritus Sancti. Secundum hoc ergo dicemus quod quaelibet Persona distinguitur ab alia
duobus modis, de Filio quidem et Spiritu Sancto; patet per id quod dictum
est.

1095 Similiter Filius dupliciter distinguitur a Patre: uno modo per
oppositionem relativam originis, scilicet filiatione et paternitate, alio modo
per quamdam contrarietatem, quia Filius in eo quod Filius oppositionem
quamdam habet ad Patrem, secundum quod Pater est principium Spiritus
Sancti. Immo, hoc modo Pater habet oppositionem ad se ipsum, quia est
1100 principium duplicis processio-
nis, et Filius ad se ipsum, ut Filius est et ut
principium processio-
nis Spiritus Sancti; tamen non dicitur oppositio
contrarietatis in Patre ad se vel Filii ad se, quia sunt in eodem.

Unde secundum hoc filiatio et communis spiratio in Patre sunt
aliquo modo contrariae, quia, licet etiam in Filio sit communis spiratio, in
1105 Patre tamen sunt aliquo modo secundum alium essendi modum.

Filiatio autem et communis spiratio in Filio sunt relationes, neque
oppositae secundum relationem, nisi dicantur contrariae per attributionem
ad processiones quae sunt contrariae, sicut etiam in Patre, neque secundum
contrarietatem, sed sunt disparatae.

1110 Paternitas autem in Patre et communis spiratio ut in Filio sunt
aliquo modo contrariae. De hoc require supra in tractatu de relationibus.

Similiter Spiritus Sanctus dupliciter distinguitur a Patre, scilicet uno
modo relatione originis, secundum quam ab eo procedit, et alio modo
distinguitur ab eo, scilicet a Patre ut est principium generationis Filii.

1115 Processio enim quae est relatio Spiritus Sancti opponitur relative communi
spirationi, et opponitur contrarie quodam modo paternitati, in quantum
processio dicit alium modum originis quam generatio quam sequitur

1088 totam ante divinam NT (ille) est om. BT 1090 intellectus/intelligens NR
1091 autem om. N processio-
nis om. B 1092 dicemus/dicimus B distinguitur corr.
B1; om. B alia/alius B 1093 id/idem B; illud N 1095 dupliciter om. B 1099 pa-
ter/patet quod B quia/quod N 1100 et Filius ... principium processio-
nis om. B 1102
ad/secundum B 1104 contrariae, quia ... aliquo modo om. N 1105 tamen sunt lect.
inc. T 1106 neque lect. inc. T 1107 per attributionem ... sunt contrariae om. B
1108 (quae) sunt/dicuntur R sicut om. T etiam post in Patre T 1110 ut om. N
sunt/similiter R 1112 similiter lect. inc. T 1113 et add. in N; et om. P 1114 distin-
guitur add. etiam T eo/ea B

paternitas.

Et si dicitur quomodo idem potest esse contrarium duobus, scilicet
 1120 processio et filiationi et paternitati, dicendum quod opponitur duobus ut
 habent unitatem, quia filiatio et paternitas accipiuntur secundum unam
 processionem. Sic igitur quaelibet Persona secundum hoc dupliciter
 distinguitur ab alia.

Hoc autem inquirendo, non asserendo dictum sit, propter materiae
 1125 arduitatem.

Et sic patet quomodo in divinis est contrarietas inter processiones.

Si autem obicitur quia, si contrarietas est inter processiones
 secundum quid, et dictum est quod etiam in attributis et in ideis est
 1130 secundum quid, videtur quod ideae sint distinctae Personae. Et dicendum
 quod alio et alio modo sumitur hic quod dicitur secundum quid.

Intelligitur secundum quid utrobique. Cum enim dicitur quod in
 attributis et ideis contrarietas secundum quid, intelligitur secundum quid,
 quia solum secundum respectum aliorum ad ipsa. Ut autem dicitur quod in
 1135 processionibus est contrarietas secundum quid, intelligitur quod non est ibi
 secundum rem et rem, sed secundum diversos modos.

Et sic patet de oppositione in ipso ut comparatur ad creaturas, an
 aliquo modo oppositionis opponatur creaturis.

Et dicendum quod sic oppositione siquidem relativa opponitur sicut
 1140 scibile scientiae in quantum est terminus relationis creaturae.

De contradictione dicendum etiam quod sit ita, scilicet quod illud
 quod est creaturae, negatur a Deo, non quidem quantum ad rem, sed
 quantum ad modum; nam omnis res et perfectio quae est in creatura, est
 etiam in Deo, sed non eodem modo quo est in creatura.

1145 Vel dicendum quod negatur et res, quia essentialiter differt creatura
 a creatore. Et quod dicitur, quod creatura vel perfectio creaturae prae-
 existit in Deo, verum est, quia ibi in Deo prae-existit aliquid

1119 dicitur/dicatur B idem potest esse ... paternitas accipiuntur *om.* B; accipiuntur
corr. T; opponuntur N 1120 (processio) et *om.* P dicendum *om.* N 1126 pa-
 tet/apparet B 1127 Si autem obicitur ... inter processiones *om.* B 1129 (quid) et/ut N
 quod etiam *om.* B (attributis) et *add.* etiam P (ideis) est *om.* B 1130 (est)
 secundum quid *om.* P Et dicendum *om.* N 1131 (dicitur) secundum quid *om.* N
 1132 utrobique. Cum enim ... secundum quid *om.* BN 1134 secundum respectum/
 respectu B 1136 (secundum) rem *lect. inc.* N 1138 opponatur/opponentur N 1139
 Et/vel T sicut/ut B 1141 etiam/est R sit/sic P ita *add.* quod T illud quod/illa
 quae N 1142 est *om.* B negatur/vere est B non quidem *lect. inc.* N 1144 (non)
 eodem *om.* N; eo P est *post* in creatura B 1145 dicendum *add.* etiam B differt/et
 dicitur BT 1146 (Et) quod/cum B 1147 ibi *om.* N

convenientiam habens cum perfectione creaturae, sicut forma effectus prae-
existit in causa, quia in causa est aliquid habens convenientiam cum forma
1150 effectus. Non ergo solum modus, sed etiam res negatur.

Dicitur tamen res non negari ratione convenientiae attributionis,
quae est inter rem quae est creatura et rem quae est Deus, et ideo
contradictio simpliciter.

De privatione similiter dicendum ut in creaturis et huiusmodi;
1155 tamen privatio talis non dicit aptitudinem in subiecto.

De contrarietate dicendum quod nihil in creaturis contrariatur Deo,
nisi malum, quia in eodem secundum idem Deus et malum esse non
possunt. Et est haec contrarietas ratione convenientiae, quia malum
creaturae contrariatur bono creato; et quia bonum creatum convenientiam
1160 attributionis ad bonum increatum, dicitur malum creaturae contrariari bono
quod est Deus.

Creatura autem, in quantum est bona, Deo non contrariatur, nec e
converso, cum creatura non imitetur Deum sicut eius effectus.

Item, in eodem supposito possunt coniungi Deus et creatura
1165 secundum unionem, et sic non sunt contraria.

Potest tamen dici quod malum opponitur bono magis proprie
privative quam contrarie; ideo nihil est Deo contrarium proprie, in
creaturis privativum autem sic.

Et sic patet ad quaestionem.

1170 1. Ad primum dicendum quod multum et paucum non sunt in Deo,
nisi secundum quid, sicut et numerus. Haec autem sunt relativa, sicut
excessum. Excessus autem non est in Deo simpliciter, sed secundum
rationem numeri potest concedi, sicut conceditur ibi plus.

1175 Et si dicitur quod si essent, tunc essent relationes reales, dicendum
quod potest concedi; non tamen secundum eas distinguuntur Personae, sed
consequuntur Personas distinctas, sicut de similitudine. Et aequaliter
dictum fuit supra, in quaestione de relatione, ubi ostensum est quae

1148 effectus *add.* alibi B 1149 quia in causa *om.* NB (causa) est *corr.* B1; *om.* B
1150 solum/solus B 1151 negari *add.* a B 1152 (est) creatura *corr.* B1; *om.* B
1153 contradictio/contradicit B; contradicens T 1156 creaturis *add.* in B 1158 haec
om. N ratione/respectu B 1160 bono *lect. inc.* B 1162 autem/enim N Deo/Deus
BTRP 1163 imitetur *lect. inc.* dicitur B 1172 (sicut) et *om.* BP haec autem
sunt/hoc autem est NBT 1174 numeri/verum NT; omnium B 1175 reales *om.* N
1176 sed/et B 1177 consequuntur *post* distinctas P aequaliter/aequali N; aequalitate R
1178 (est) quae/quod NRT

lationes reales habeant locum in Deo, et quae non. Et quod dicitur de
1180 magno et parvo, dicendum quod Deus dicitur magnus; tamen non est in
Deo parvum quod dicitur relativum ad magnum.

Dionysius autem ponit in Deo parvum secundum alium intellectum,
ut patet in libro De Divinis Nominibus. Require ibi. Et ideo oppositio
magni et parvi non est in Deo, nisi forte secundum quod accipitur in
1185 numero, ut trinarius dicitur maior numerus binario.

Sed quia dicitur de oppositione magni, ideo sciendum quod
magnum et parvum dupliciter possunt accipi.

Uno modo ut dicunt quantitatem diversam, et sic sunt contraria, ut
patet, quia sunt termini motus augmenti et diminutionis. Motus autem
1190 semper est a contrario in contrarium.

Et si dicatur quod quantitati nihil est contrarium, dicendum, ut alias
dictum est, quod quantitati determinatae nihil est contrarium, ut bicubito,
indeterminatae autem sic. Haec enim suscipit magis et minus, et ideo habet
contrarium; et secundum rationem indeterminatae quantitatis accipiuntur
1195 termini motus augmenti et diminutionis.

Alio modo considerantur magnum et parvum ut dicunt excessum
circa quantitatem, quia unum excedit, aliud exceditur; et sic sunt opposita
relative. Haec autem distinctio potest colligi a Simplicio in praedicamento
quantitatis.

1200 Quod autem dicitur de uno et multo, dicendum quod verum est eo
modo quo dictum fuit in quaestione de uno. Unum enim dicit privationem
secundum rationem, et cetera.

Quod autem dicitur de contradictione attendendum est. Tamen
sciendum quod contradictio non includitur in aliis, sicut genus in
1205 speciebus, sed sicut principale significatum analogi in aliis significatis
secundariis, et ideo includitur in illis secundum modum illorum, et cetera.

2. Ad secundum dicendum quod de diversis processionibus patet quid
sit dicendum. De pari et impari dicendum quod sunt in Deo, et sunt

1180 (est) in *om.* T 1181 parvum *add.* dicendum B relativum/relative NRT 1183
oppositio *add.* et N 1186 quia/quod N 1191 dicendum *add.* quod 1192 quanti-
tati/quantitate N bicubito *add.* tricubito P 1193 indeterminatae/determinatae N
1196 considerantur/consideratur N 1198 praedicamento/paedicamentis T 1200 uno et
multo/multo et uno B dicendum *add.* est T 1201 enim/autem B 1206 (includitur)
in *om.* T et cetera *om.* BP 1207 de *om.* B

1182. cap. IX § III. PG 3,411 A.

1192. Quaestio VIII. ed. Ypma p. 257 (7).

1198. In Praedicamentis. ed. Pattin II, 197 sqq.

1201. Quaestio III. ed. Ypma p. 75 sq.; Quaestio V. ed. Ypma p. 116 sq.; 131 sqq.^{AC}

contraria, sed secundum quid, sicut et ibi est numerus secundum quid.

1210 De diversis speciebus habitus, dicendum quod non contrarie in Deo, quia sunt in eo unitive, nisi dicatur contrarie secundum respectum.

De diversis autem speciebus relationum potest dici quod sunt in Deo unitive. Vel dicendum quod sunt in Deo secundum aliud et aliud, nam alio modo essentia divina est fundamentum aequalitatis et similitudinis et
1215 relationum originis. Opposita autem bene sunt in eodem secundum aliud et aliud.

3. Ad tertium dicendum, scilicet de ideis, quod patet quare non sunt contrariae, et tamen secundum respectum dicuntur aliquo modo contrariae.

4. Ad quartum dicendum quod omnis oppositio ex qua resultat in eo
1220 pulchritudo, ut oppositio processionum et relationum.

5. Ad quintum dicendum quod est in Deo contradictio modo praedicto.

6. Ad sextum dicendum quod oppositio est ibi modo supradicto; quod autem dicitur quod non est creatum, non est imperfectum.

1225 7. Ad septimum dicendum quod, licet doctores dicant nomen diversitatis et alia plura esse vitanda in Deo, tamen potest dici quod, cum in Deo sit multitudo, de cuius ratione est divisio, quod est in Deo divisio, quae tamen maxime videtur inter alia repugnare Deo; sed est divisio secundum quid, sicut et numerus.

1230 Sic etiam potest concedi diversitas secundum quid et differentia, simpliciter autem non.

Unde sancti utuntur his nominibus, tamen vitantur a doctoribus simpliciter sumpta et ad vitandum errorem; cum autem ponuntur a doctoribus, cum additione ponuntur.

1235 8. Ad octavum patet quid sit dicendum.

1. Ad primum in contrarium dicendum quod verum concludit.

2. Ad secundum dicendum quod contradictio et privatio important imperfectionem quando res negatur. A Deo autem nulla res negatur, nam,

1209 sicut *om.* B et *om.* N 1210 habitus, dicendum ... diversis autem *om.* B 1211
dicatur/dicantur T 1213 Deo/eo N 1214 aequalitatis *add.* et relationis BT 1217
dicendum *add.* est T 1221 contradictio/oppositio B 1223 oppositio *add.* et privatio P
est *add.* etiam B ibi *add.* in N 1224 autem dicitur quod *om.* B creatum/creatus T
1226 vitanda *post* in Deo B cum in Deo sit multitudo/hoc est in Deo sicut similitudo B
1227 divisio *add.* quod est in divinis divisio B 1228 quae tamen ... est divisio *om.* P
1230 differentia/dupliciter N 1232 tamen/ut B 1233 simpliciter/similiter T 1239
autem/vero P

1240 et si res quae est creatura negatur, dicitur non negari in quantum habet ibi aliquid correspondens conveniens.

De contrarietate autem quid sit dicendum, patet supra.

Eindhoven

Eelcko YPMA, O.S.A.